Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Speculum animae peccatricis

Jacobus <van Gruitrode>

[Köln], [um 1493]

urn:nbn:de:bsz:31-293388

Visual Library



BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ecclesiastici viij

Qui non facit parentibus reverentiam
de quanta honorat sapiens ...

In toto corde honora patrem et matrem
tuam nec gemitus patris et matris
tue obliviscaris. Hic precipit ut filii
honorent parentes officio pietatis
videlicet eis in necessitatibus corporis subveniendo

Dicit beatus Augustinus
Nihil certe delectabilius est in aure
domini quam pura oratio directa de corde
fideli.

Quid ergo sunt pauperes quibus damus
nisi lazari nostri per quos de terra
ad celum migramus.
Ecce pauper cui das non habet
quod retribuat / sed cum pro te deum orat
quasi ad deum clamat / domine mutuum accepi
ab hoc fide iube pro me.
Nam ipse misericordia quam os facit pauperi
deus miseretur sibi a penis eternis eum
liberando.

Gregorius

Et hec est vivit / si sit peccator ut corrigat /
Si sit bonus ut meliorret ...

Augustinus

Deus laborat qui bene facit

Obediencia plus valet quam victimae

Tullius moral.

Quicquid agas serveto tue non pande marite
Unde tibi nasci possunt discrimina vite

Dq 18

Adh. f.) (Jacobus, de val. missae pro defctis)
Basel. Mich. Furter.
(1493)

# Aureum ſpeculū anime peccatricis docens pctā vitare oſtendēdo viam ſalutis




BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Opuſculū quod ſpeculū aureꝫ anime peccatricis inſcri
bitur Incipit feliciter

Vanitas vanitatū et omnis vanitas dixit.
Eccl'e.i.'qm̄ vt ait egregius doctor ſctūs
Gregorius Nō eſt deo acceptabilius ſacri
ficiū qꝫ zelus id eſt amor aīaꝝ ideo ex diuer
ſis autoritatibꝰ ſanctoꝝ doctoꝝ eccl'ie pre/
ſentē tractatulū in vnuꝫ collegi vt peccatrix
aīa deuicta ꝑ has ſanctas autoritates ⁊ ammonitōnes ad
vnū veritatis ⁊ iuſticie lumē (ſicut ouis que perierat et que
multū errauit ſpū ſancto inſpirāte) diuinitus reuocet. ⁊ ſta
tim ſuū cognoſcēs periculū. dolorē immunditiā tacta dolo
re intrinſecus ad deū ſe cōuertat. cōuerſa penitentiā agat. ⁊
tandē cum oībus ſanctis vitam poſſideat eternā Siquidē
vt dicit Criſo. nūc precipue illudit vanitas vanitatū et oīa
vanitas hunc verſum (q̄ in delitijs ⁊ diuitijs verſant) in pa
rietibꝰ oībus et in veſtibꝰ ſuis ſcribere deberēt in domo in
ianuis ⁊ in egreſſibꝰ ⁊ ante oīa in cōſcientijs ſuis. vt eū ſem
per p̄ oculis tenerēt et corde ſentirēt. Et qm̄ multe ſunt ima
gines q̄ decipiūt incautos. oportet hoc q̄tidie carmen ſalu/
tare in prandijs ⁊ cenis vnūquemqꝫ conuiuaꝝ cuiuſuis ce
tus canere. ⁊ a primo libēter audire. qꝛ vanitas vanitatū et
oīa vanitas: oīa q̄ppe p̄tereunt p̄ter amare deum et illi ſoli
ſeruire. hec Criſ. Cōtinet aūt pn̄s tractalus ſeptē capitula
iuxta ferias hebdomade. vt peccatrix aīma peccatis detur
pata q̄libet die ſpeciale capl'm tanqꝫ nouū ſpeculū accipiat
in quo faciē ſuā cōſideret Primū erit de vtilitate et miſeria
hoīs Scdm de pctō in cōmuni et q̄ntum ꝑ pctm̄ incurri/
mus ſpūlia detrumēta ſiue dāna Terciū de penitentia cito
faciēda Quartū de mundo fugiēdo et odiendo Quintū de
caducis mundi diuitijs ⁊ falſis eius honoribꝰ potentijs et
dignitatibꝰ contēnendis Sextū de morte ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ ti/
menda Septimum et vltimum de gaudijs paradiſi et pe/
nis inferni.

Ca.i. de vtilitate et miſeria hominis

Erba Hiere: pphete Quare de vulua matris egreſſi
ſum vt viderē laborē ⁊ dolore ⁊ vt nō conſummarent
in confuſiōe dies mei Si talia loquit̃ de ſeipō quē ſctifica/
uit deus in vtero matris ſue. q̃lia loquar de meipō quē mat
mea genuit in pctō. ⁊ Bern̄. ait Stude cognoſcere teipſuz
qꝛ multo laudabilior es ſi teipm̄ cog̃ſcis q̃ꝫ ſi te neglecto co
gnoueris curſus ſyderū vires herbaꝝ ꝯplexiones hominū
animaliū naturas et habueris oīm terreſtriū ſciam Attēde
ergo diligēter o hō q̇d fuiſti ante ortū ⁊ quid es poſt ortum
vſqꝫ ad occaſum: ⁊ quid eris poſt hāc vitā. pfecto fuiſt ſpur
ciſſimū ſperma ⁊ vile ſcenū conceptus in putredine carnis
in fetore libidinis in feruore luxurie. et qd̄ deterius eſt in la
be peccati Sed attēde quo cibo in vtero materno nutritus
ſis. pfecto ſanguine mētruoſo q̇ ceſſat in femina poſt cōcep
tum. vt ex eo nutriat̃ cōceptus in vtero. qui q̇dem ſanguis
vt fertur etiam tam deteſtabil' ⁊ immūdus eſt vt eius tactu
fruges nō germinēt. areſcāt arbuſta. moriunt̃ herbe. amit/
tunt arbores fetus. ſi canes inde comederint in rabiē effre
nātur Poſtea plorās ⁊ vlulās traditus es huius mūdi exi/
lio ad laborē timorē ⁊ dolorē: ⁊ quod grauius ad mortem.
Formauit ergo dn̄s deus hoīem de limo terre q̄ terra cete/
ris eſt indignior elementis. planetas aūt ex igne fecit ⁊ ſtel/
las flatus et vētos. ex aere ⁊ volucres. piſces ex aq̄. homi/
nes et iumēta facit de terra. cōſiderās itaqꝫ aquatica te vilē
inuenis. cōſiderās aerea te viliorē cognoſces. cognoſcēs ig
nea te viliſſimū reputabis nec valebis te parificare celeſti/
bus. nec audebis te pferre terrenis te cōparans iumētis te
his ſimilimū inuenies. cognoſcens q̄ vnus eſt hoīm et iu
mentoꝝ interitus. et eq̄lis vtriſqꝫ conditio cū nihil habeat
amplius hō iumēto. de terra orta ſunt et in terrā pariter reuer
tent̃. qd̄ ait ſapientiſſimus Salo. Sic ergo o hō quantū/
cunqꝫ nobilis diceris ad hunc mundū veniſti. nec memor
es q̃ꝫ vilis origo tui forma. fauor ppl'i. feruor iuuenilis. opeſ
qꝫ ſurripuere tibi hec. noſcere q̇d ſit hō ſi cupis. ſtellam doc
torum Auguſtinū de hoc loquentez audito Heu miſer q̇d
ſum ego ſum vas ſterquilinij. concha putredinis. plenus fe

roꝛe ꝛ hoꝛroꝛe. cecus pauper. nudus. plurimis neceſſitatibꝫ
ſubditus ignoꝛās introitum et exitum meū miſer et moꝛta
lis cuius dies ſicut vmbꝛa pꝛetereunt. cuius vita ſicut lu/
na euaneſcit. ſicut folium in arboꝛe creſcit et ſtatim marce/
ſcit ſum terra miſerie. filius ire vas aptum in cōtumeliā ge/
nitus ꝑ immundiciā viuens in miſeria moꝛiturus in angu
ſtia Item Bern̄. Quid aliud eſt homo q̄ꝫ ſperma fetidum.
ſaccus ſtercoꝝ. cibus vermiū. ſi diligenter conſideres quod
per os et nares ceteroſqꝫ coꝛpoꝛis meatus egrediatur. vi/
lius ſterquiliniū nun q̄ꝫ vidiſti Et Inno. papa O vilis con
ditionis humane indignitas herbas et ar boꝛes inueſtiga.
ille de ſe ꝓducunt frondes floꝛes et fructus et tu de te len/
des pediculos et lumbꝛicos. ille de ſe fundūt vinum. oleuꝫ
et balſamum. ꝛ tu de te ſputum. vrinam et ſtercus. ille de ſe
ſpirant ſuauitatē odoꝛis. et tu de te reddis abominationeꝫ
fetoꝛis. qualis eſt ar boꝛ talis eſt fructus eius. nō eīm poteſt
arboꝛ mala fructus bonos facere Quid aliud ē hō ſcḋm foꝛ/
mam niſi arboꝛ euerſa cuius radices ſunt crines. truncus
eſt caput cum collo: ſtipes eſt pectus cuꝫ aſcellis rami ſunt
vlne cum tibijs. frondes ſunt digiti cum articulis. homo ē
folium quod a vento rapit̄. ꝛ ſtipula que a ſole ſiccatur Vn̄
Job Homo na tus de muliere breui viuens tp̄e replet̄ mul
tis miſerijs qui quaſi flos egredit̄ et cito ꝯteritur et fugit ve
lut vmbꝛa et nunq̄ꝫ in eodem ſtatu ꝑmanet. Hinc et deus
inquit ad hominē Geneſ: iij. Quia puluis es et in puluereꝫ
reuerteris Et Job Domine memēto quia ſicut lutum fece
ris me et in puluerem reduces me q̇d ergo lutū ſuperbis de
quo puluis extolleris Unde cinis gloꝛiaris cuius concep/
tio culpa eſt. et naſci pena laboꝛ vita moꝛi neceſſe Cur car/
nem tuam ꝑ̄ciosis rebus impinguas et adoꝛnas. quā pau/
cos poſt dies vermes in ſepulchꝛo deuoꝛaturi ſunt. animā
vero tuam non oꝛnas bonis operibus: que deo pꝛeſentan/
da eſt et angelis eius in celis. Quare animā tuam vilipen/
dis et ei carnem ꝑ̄ponis: dominā ancillari et ancillaꝫ domi
nari magna abuſio eſt: O anima habes inimicum domeſti
cum amicum aduerſarium. qui malum pꝛo bono reddit et

ſub ſpecie amicie crudelior exiſtēs inimicus fit ⁊ hoſtis. ſcȝ
caro tua infelix et miſera. multū tamen tibi dilectā hanc cū
pauiſti inimicū contra te crexiſti. hanc cum ornaſti inimicū
cōtra te armaſti. hanc cum ferarum varijs et ꝓciosis indu/
mentis veſtiſti. om̄ibus celeſtibus indumentis te ſpoliaſti.
Conſidera te attende o hō peccator q̇d eris poſt hanc vi/
tam. eris reuera cadauer miſerū et putridum et cibus ver/
miū inſpice corpa coꝝ q̇ morte corporis hinc exierunt. et ni
hil inuenies in eis niſi cinerē et vermē fetorē et horrorē. qđ
tu es illi fuerunt. et quod ipſi ſunt tu eris. homines fuerunt
ſicut tu. comederunt biberunt riſerunt duxerunt in bonis
dies ſuos et in puncto ad inferna deſcenderūt: hic caro coꝝ
vermibus et illic anima eorum deputat̄ in igne donec cur/
ſu infelici tranſacto ſumpiternis inuoluant̄ incendijs: q̇ ſo
cij fuerunt in vicijs. Quid ꝓfuit inanis glīa. vna pena ipli
cat quos vnus amor in crimine ligat. quid profuit illis bre
uis leticia mundi. potētia. carnis voluptas: falſe diuitie. ma
gna cōcupiſcentia. vbi riſus. vbi iactantia: vbi arrogantia
de tanta leticia. quāta triſticia poſt tantillā voluptatem. taȝ
grauis miſeria. de illa exultatione ceciderunt in graudē rui/
naȝ ⁊ magna tormenta. Quicquid illis accidit tibi accidere
poteſt. qꝛ homo es homo de humo humus de limo. limus
de terra. de terra venis et in terraȝ reuerteris. quādo veniet
morieris: ſed incertum eſt qn̄ quomodo vel vbi qm̄ mors te
vbiqȝ expectat. tu quoqȝ ſi ſapiens fueris vbi eam expecta/
bis. De iſtis quippe mundi amatoribus ait Iſidorus: Dile
ctiſſimi penſare debemus q̄ȝ breuis eſt mūdi felicitas q̄ȝ mo
dica eſt huius ſecl'i gratia q̄ȝ caduca q̄ȝ fragilis temporalis
potentia dicat qui poterit vbi ſunt reges vbi ſunt principes
imꝑatores: vbi rerum locupletes vbi potētes ſeculi vbi di/
uites mundi. quaſi vmbra trāſierunt et velut ſomnium eua
nuerunt querunt̄ et non ſunt. Quid dicemus adhuc reges
obierunt et principes mortui ſunt. multi tamē putabāt diu
viuere et quaſi nunq̄ȝ a morte cadere de preſenti vita. Certe
non ſic impij non ſic. vos autem ſicut homines moriemini.
et ſicut vnus de principibus cadetis: Sed de conditiōe ho

minis poſt mortem. hec inquit beatus Bernardus. Quid
fetidius humano cadauere. quid horribilius homine mor/
tuo. cuius in vita erat gratiſſimus amplexus. fit eñ in mor
te horribiliſſimus aſpectus. ideo ſubdit poſt hominem ver
mis. poſt vermem fetor et horror. Quid ergo proſunt diui/
tie. quid delicie. quid honores. diuitie non liberant a morte
nec delicie a vermibus. nec honores a fetore. Item ad idez
inquit Criſoſto. Quid profuit illis qui in luxuria corporis
et preſentis vite voluptatibus vſqz ad vltimum diem ꝑmã
ſerunt intuere nunc ſepulchra eorum. vide ſi eſt aliquod ia/
ctantie veſtigium ſi aliqua diuitiarum vel luxurie ſigna co
gnoueris. require nunc vbi veſtes et ornamenta pulcherri/
ma. vbi nunc eſt ſpectaculorum voluptas vel aſſeclaꝝ tur/
be et conuiuaꝝ ceſſit epulantia riſus. iocus. et immoderata
atqz effrenata leticia quo abijt. quo receſſit. vbi illa nunc et
vbi ipſi. quis finis vtrorumqz: intuere diligenter attende ꝓ
pius ad ſingulorũ ſepulchra vides cineres ſolos et fetidos
vermium reliquias· recordare ergo hunc omnium eſſe finez
etiam ſi in leticia et delicijs. etiam ſi in labore et in contume
lioſaz tranſegerunt hic vitam vtinam circa hec vigil medi
tanſqz verſeris. Sed infelices quippe filij Adaz omiſſis ve
ris et ſalutaribus ſtudijs caduca potius et tranſitoria que/
runt. ſi tu kariſſime ruminans in corde vtilitatem tuã et mi
ſeriam ſcdm exteriorem hominem. ſectare humilitatem. fu/
ge ſuperbiã ſciens ꝙ ſuperbia eſt ſignum quo dyabolus di
ſtinguit ſuos ab alijs. Unde dicit Job. xv. Ipſe eſt rex ſu/
per omnes filios ſuperbie. et vt inquit beatus Gregorius.
Crudeliſſimum reproborum ſignum ſuperbia. electoꝝ hu/
militas. quod ſi quis habeat cognoſcitur ſub quo rege ſit.
vel militet ſcilicet chriſto vel dyabolo. Unde dicit Iſido/
rus Anima ſuperbi a deo relinquitur et fit demonum ha/
bitaculum. Eccleſiaſtes. Odibilis deo et hominibus ſuꝑ/
bia vt patet Suꝑbia eñ luciferꝝ de celo eiecit. adam de pa/
radiſo repulit: pharaonẽ et exercitũ eius ſubmerſit: Saul de
regñ eiecit: nabuchgonoſor in beſtiã trãſmutauit, ꝓpt ſuꝑbiã
antiochus vile mortuus eſt herodes ab angelo ꝑcuſſus

Ca.ij.de pctō in communi ⁊ q̄nta per pctm̄ incurrimus
ſpiritualia detrimenta ſeu damna

Qui facit peccatū a dyabolo eſt qui peccauit ab ini
tio Scribitur em̄ Job.iij.capl'o Peccatū eſt onus
quod celum nō ſuſtinet nec terra vltimo ſuſtinebit.
ſed deſcendit ad infernū cuꝫ factore ſuo. Et ſciendū ſm̄ Au
guſtinū.ꝙ omne dictū factum vel cōcupitum cōtra legē dei
eſt pctm̄ quod debet multū (q̇ ſaluari cupit) cū ſumma dili
gentia vitare Et hoc p̄cipue propter tria Primo qꝛ deo diſ
plicet ſumme Secundo qꝛ demonibꝯ valde placet Tercio
quia homini valde nocet Dixi tibi p̄mo o hō ꝙ debes vita
re cū ſumma diligentia om̄e peccatū.quia deo creatori tuo
valde diſplicet.et ad hoc debes cogitare q̇d deus fecerit ꝓ
pter odium pctī Ipſe quippe ꝓpter pctm̄ fere diſſipauit om
nia opa.ſcꝫ totū mundū ꝑ diluuiū.vt habet̃ Gene. vij. Alij
autē reges et potentes in p̄iudiciū inimicoꝝ ſuoꝝ depopulā
tur terras coꝝ.deus aūt diſſipauit terrā propriā.qꝛ peccatū
intrauit terrā ſuam Item deus nō ſolum habet odio pecca
tum ip̄m verum etiā quicq̇d peccatū tangit Alij autē hoīes
propter vinū corruptū nō ꝓijciunt in mare vaſa aurea vl'ar
gentea ſeruant vaſa ⁊ fundunt vinū. deus vero non modo
peccatum ſed etiam vaſa peccati creaturas rationales.ſcili
cet animas ad imaginē ſuam factas ⁊ cum ſuo precioſo ſan/
guine redemptas in odium peccati ꝓijciet in oceanis infer
ni.ideo dicitur Sap̄.ix.odio ſunt deo impius et impietas
eius Unde deus nō habet tam bonum amicum nec in ce/
lo nec in terra quē nō haberet odio vſqꝫ ad mortē ſi in eo re/
periret vnū pctm̄ mortale Vn̄ Petrus licet ardentius ama
ret xp̄m ceteris apoſtolis tamē xp̄s eum cōdemnaſſet ſi de/
ceſſiſſet in pctō trine negationis Secundo q̄ꝫtum deus odi
at peccatū oſtenditur qꝛ propter peccata mundi ſuū vnige/
nitū innocentē interfecit.quod teſtat̃ Iſa.liiij.dicens Prop
ter ſcelus ppl'i mei ꝑcuſſi euꝫ. ip̄e nempe dei filius vt pecca
tum interficeret ⁊ occideret tradidit in mortē aīam ſuam: vt
dꝛ Iſa.li. Nullus aūt inuenit̃ qui tm̄ odiat inimicum ſuuꝫ
et in odio eius vellet interficere vnigenitum proprium.

Tercio hoc idē oſtendiť q2 deus perſecutus eſt pctm̄ ab ini
tio intantū ꝙ ꝓiecit illud de celo ⁊ vidēs ꝙ remāſerat in ter
ra ſcz in mūdo. ip̄e in ꝓpria ꝑſona deſcēdit in mundū vt de
ipſo fugaret pctm̄. ⁊ tandē in die iudicij ꝓijciet ⁊ cōcludet ip
ſum in infernū. vn̄ Mich. vl. Proijciet in ꝓfundum maris
pctā noſtra. Quarto ꝙ deus odiat pctm̄ ptz hac ſil'itudine.
q2 bona mr̄ videť multū odire illud ꝓpter qd̄ puerꝝ ſuū in cli
banū ardentē poneret ⁊ nunq̄ȝ eū inde traheret. ſic deus ꝓp
ter odiū pctī filios ſuos q̄s tm̄ dilexit ꝙ ꝓ illis mori voluit
in ignē extinguibilē ꝓijciet ſi inuenerit in eis pctm̄ mortale
Sic ḡ o peccatrix aīa legiſti q̄ȝtum deus odio hȝ pctm̄. tu ḡ
ſi placere ei cupis ſumme vites pctm̄ vt in te nō habeat lo/
cum. mulier eīm eſſet multuȝ infidelis q̄ hoīem ꝑmitteret in
lecto ſuo quē vir ſuus odio haberet. ⁊ ꝑ quē viro ſuo multa
mala eueniſſent. ſi ergo peccatum eſt quod ſumme odit xp̄s
animaꝝ ſponſus ⁊ propter quod ſibi multa mala acciderūt
et tandem ipſa mors. quare o kariſſime monitionem daui
dis ſequens dices. Cor mundum crea in me deus ⁊c̄. Se
cundo debes ſumma cum diligentia vitare peccatum max
ime mortale. q2 ſumme dyabolo placet et ipſum letificat qd̄
triplici ſigno refereatur. Primo quia in nullo alio delecta/
tur nam neq3 balneum aliud neq3 argentum neq3 aurum q̄/
rit. ſed tantum animas. Unde Gene. xiiij. in perſona eius
dicit Da mihi animas cetera tollo tibi Et Gregorius ibi/
dem nihil ſe feciſſe eſtimat cum animam non ſauciat: ſicut
enim rapax auis cor prede. ſic dyabolus hominis animam
maxime cupit Secundum ſignuȝ. quia dyabolus ſumme
diligit peccatum propter eius aſſiduā temptationem. et q̇a
in perpetrando peccatū nunq̄ȝ fatigať. nam ſex milibus an/
nis. et amplius peccata inceſſanter ꝑpetrauit nec fatigatur
ſemꝑ noua ꝓcurare. ideo cum deus eum Job. i. interroga/
uit dicens. Unde venis Reſpondit Circuiui terram ⁊ per
ambulaui eam tm̄ eīm occupať in peccatis ſuggerendis ꝙ
non licet ei ſomnum capere Juxta illud Job. iij. Qui me co
medunt non dormiunt Tercium ſignum ꝙ peccatum ſum
me dyabolum letificat eſt ꝙ ip̄e nunq̄ȝ potuit ſatiari pec/

catis nā infinita milia hoim pctis iam deuorauit. et tñ ad/
huc famelicus eſt. et ſicut leo rugiens circuit q̄rens quē de/
uoret. vt dr. i. Pet. v: Et nō ſolū famelicus. ſed et litibūdus
Job. Abhorreſcit fluuius et non mirabit. et habet fiduciā
qr influat iordanis in os eius. i: in eterna: fluuius; quem ab
ſorbet dyabolus et nō miratur ſunt peccatores cuz impetu
currētes in os eius quos ſumme deſiderat abſorbere Exē
plum habet in vitaſpatꝝ in capitulo demonū. qualiter coꝝ
vnus laudatus et honoratus eſt a pncipe demonū et in ca
thedrā locatus. qm̄ fecerat fornicari vnū monachum quez
xluiij. annis vix traxerat ad pctm̄. ergo anima peccatrix plo
re deberꝫ. eo qꝫ totiens letificaſti cōtra te inimicos tuos. ſcꝫ
demones quotiēs peccaſti mortaliter et de cetero ꝑ puram
cōfeſſionem et dignā ſatiſfactionē fac gaudere ſuꝑ te deum
tuū et angelos eius. gaudiū eſt em̄ angelis dei ſuꝑ vno pec
catore pn̄iam agente Lu. xv. Tercio debes ſummo ſtudio
vitare om̄e peccatū. qr tibi ſumme nocet. nam pmo ꝑ pctm̄
ſeꝑamur ab amore dei et efficiuntur eius inimici Isa. lix.
Iniquitates noſtre diuiſerunt inter vos et deum. et pecca
ta noſtra ꝓhibuerunt faciem eius a nobis Vñ q̄cunqꝫ ſan
ctus in celo exiſtens peccaret. ſtatim decideret. ⁊ dei amici/
cia ad eum diſſolueret. Vñ Aug. Qui peccat in amicū ve/
riſſimum et fideliſſimuz. dicit vituꝑabilis. q̄ vero peccat in
deum potentiſſimū et patrē piiſſimū quō non erit vituꝑabi
lis et abominabilis Quarto ꝑ pctm̄ obligat peccator ⁊ ad
iudicatur patibulo inferni. et qr lex diuina nō multū diſcre
pat ab humana. ideo omnes legalis decreti tranſgreſſores
vel maieſtatis regie contēptores. i. om̄es peccatores merē
tur interire ſuſpendio ſcd̄m qꝫ ſignificat in Eſdra. xiiij. et in
decꝫ. darij vbi dr ſic Et denunciet vt q̄cunqꝫ tranſgreſſi fue
rint aliq̄d ex his que ſcripta ſunt q̄ꝫtum ad pctm̄ cōmiſſio/
nis. aut ſpreuerint q̄ꝫtum ad pctm̄ omiſſionis. accipiat lig/
num de ſuis ꝓprijs. i. de orto ꝓprie ꝯſcie. ibi em̄ creſcit lig/
nuz quo pctōr ſuſpendit et ſuſpendat. bona quoqꝫ ſua aſcri
bant. ſilr em̄ redeunt ad gl'iam regis celeſtis pctā reproboꝝ
ſicut gl'ia bonoꝝ. ecce kariſſime qd̄ lex humana corꝑalit fa/

cit hoc ſpiritual' lex diuina: Idē fere legiꝛ Heſter. vij. Su/
ſpendite Amā in patibulo. ꝑ aman intelligiꝛ iniquus et per
hunc peccatoꝛ quē rex celeſtis iubebit ſuſpendi in patibulo
inferni ſi eū in pctō moꝛtali inueniret Quinto eñ pctm̄ ſpo
liat hoīem oīm bono gr̄e in pn̄ti et glīe in futuro. puer. xiiij.
Miſeros facit hoīes pctm̄. eſt eñ pctōꝛ paup. qꝛ nihil ha/
bet. imo ꝑ peccatū moꝛtale ſeipm̄ amiſit et in ſeruitutē dia/
boli trāſiuit. Paupioꝛ. qꝛ nihil pt̄ lucrari. eo ꝙ opa merito
ria vel deo grata in tali ſtatu facere nō pt̄ Sȝ ⁊ pauprimus
qꝛ nihil pōt ei dari. nam bona facta pro ſeipo nō proſunt ei
ad ſalutē. qꝛ nō viuit niſi quo ad coꝛpus. vñ dt̄ Boetius li.
iiij. de ꝯſo. Hō prauus nō eſt hō niſi ſicut hō moꝛtuus. hō
eñ ꝑ pctm̄ ſeparaꝛ a lumine vniformi et exceccaꝛ atqȝ ſubte/
nebraꝛ Sopho. i. Ambulabūt ſicut ceci qm̄ dn̄o peccauerūt
et in pſal. Neſcierūt neqȝ intellexerunt q̄ in tenebris ambu/
lant. ⁊ Hiero. Deprimiꝛ plane aīa ꝑ pctm̄ polluta interius
ne valeat ſuſpicere ſupius. hoc peccatū eſt ſicut putredo in
pomo. ſicut eñ putredo in pomo aufert valorē decorē colo
rem et odorē. odorem fame. valorem glīe. colorem forme. et
ſaporē gr̄e. ſic putredo eſt oīe pctm̄. nā de eo diciꝛ Iſa. xv.
Qui facit illud: luto vilioꝛ ē vita eius Et Augu. Tolerabi
lius canis putridus fetit hoībus ꝙ̄ aīa peccatrix deo: ideo
in q̄dam ſermone hec verba ait q̄bus quedā lubricū a dicto
retraxit Quid ꝓdeſt plena archa ſi inanis eſt conſcia bona
vis habere ⁊ bonus eſſe nō vis nō potes erubeſcere cū do/
mus tua plena eſt bonis ⁊ tu malis. q̄d eñ eſt qd̄ velis ma
lum habere: dic mihi. mihi ſ. oīno non vxorē. non filiū nō ſer
uum nō ancillā non tunicā poſtremo nō caligā: et tū vis ha
bere malā vitam Rogo te ꝓpone vitam tue calige. oīa que
circūiacent oculis tuis elegātia et pulchra tibi cara ſunt et
tu tibi ipſi vilis et fetidus es. ſi poſſent tibi reſpōdere bona
tua (q̄bus plena eſt domus tua) nō clamarent. ſicut tu vis
bona noſtra habere. ſic ⁊ nos volumus dn̄m bonū habere
tanta voce inuocant dn̄m deū cōtra te Ecce tanta bona de
diſti huic et ipe malus. q̄d prodeſt eñ ei qd̄ habet qn̄ euȝ (q̄
omnia dedit) nō habet Sexto ꝑ peccatū efficitur beſtialis

Unde Boetius.iiij.de ꝯſola.philo. Homo ꝓbus ꝓbitate
deſerta in beluā cōuertit Et philo. in ethicis dī. ꝙ eſt peior
q̄ꝫ beſtia.q̇bus cōcordat Dauid dicēs: Hō cum in honore
eſſet.i.in gratia gratū faciente nō intellexit cōparatus eſt iu
mētis inſipientib⁹ ꝛ ſilis factus eſt illis Septimo ꝛ vltimo
ex pctīs naſcit̄ diaboli ſeruilis filialitas Un̄ ꝑmo Ioh.iij.
Qui facit pctm̄ a diabolo eſt.ꝓ his oīb⁹ o infelix peccator
miſerere aīe tue ꝛ noli pctm̄ inducere ſup eam.ſed que legi/
ſti tanta mala.offenſa videlicet dei.leticia inimici ꝛ damnū
proprium memorare.agnoſce igit̄ o hō q̄ꝫ nobilis eſt aīa tua
q̄ꝫ grauia fuerūt illa vulnera eius.pro q̇bus neceſſe fuit illū
dn̄m vulnerari.ſi nō eſſent hec ad mortē eternā nunq̄ꝫ ꝓ eo
rum remedio dei filius mortuus eſſet. noli ergo vilipēdere
aīe tue paſſionē.cui a tāta maieſtate tantam vides exhiberi
cōpaſſionē.fudit ipe luchrimas ꝓ te.laua et tu per ſingulas
noctes lectuꝫ tuū cōpunctione et lachrimaꝝ aſſiduitate. fu
dit ipe ſanguinē pro te.funde et tu tuuꝫ quotidianā cordis
afflictionē.noli attendere q̇d caro velit ſed q̇d ſpūs poſcit.
Nā vt dī Grego.vn̄ caro ad tp̄s ſuauiter viuit inde ſpūs in
eternum cruciat̄.ꝛ quo plus caro punitur in hac vita tanto
plus gaudebit in futura Aug. Voluntarie nunc poſtpona
mus ꝓ xp̄o q̄n̄q ꝫ dimittenda:ne qd̄ abſit.ꝓ trāſitorijs amit
tamus eterna ſi em̄ tibi diceret̄ carnis voluptatib⁹ fruere ſi
cut placet.ea tn̄ cōditione ꝙ tibi poſtea oculi eruant̄. ſeu ꝙ
omne ſolaciuꝫ tollat̄ tibi toto tp̄e vite tue ꝛ ꝙ in fame ꝛ ſiti
et in oīm̄ cruciati et miſeria viuas nunq̄ꝫ tale bonuꝫ habere
velles.vt poſt illud tot damna ſuſciperes et q̇d tota hec vi/
ta vbi nec menſis eſt nec vnius dei vel hore ſpacium ad il/
lius eterne infelicitatis inferni compationē. cui neq̄ꝫ finis ē
neq̄ꝫ pena ſimilis inuenitur Hec Auguſtinus

De penitētia cito facienda. Ca.iij.

Qui non accipit crucē et ſeq̄tur me nō eſt me dign⁹:
Mat:xiiij: Per hanc crucem pn̄ia deſignat̄ quam
de neceſſitate quilibet peccator debet ſuſcipere ꝛ ꝑ
ſeueranter tolerare ſi in eterna beatitudine cupit regnare cū
xp̄o. Unde Hiero.in ep̄la ad Suſannam Neceſſaria ē pe/

nitentia que aut equet crimina aut certe excedat. ꝛ Augusti
nus quiſqꝫ deſiderat ſaluari. quicq̇d poſt purū baptiſmum
traxit. oportet ꝙ abluat ſaltē lachꝛimis mētis Sed forte di
ceres durus eſt h̄ ſermo nō poſſum mundū ſpernere et carnē
meam odio habere ꝛ caſtigare: audi nō meam ſed glorioſi
Hieronimus reſponſionē ſuꝑ hoc impoſſibile eſt ait vt q̇s
p̄ſentibus ꝛ futuris fruatur bonis vt hic ventrem ibi men/
tem impleat. vt de dilitijs ad delicias tranſeat. vt in vtroqꝫ
ſcl'o vicꝫ in celo ꝛ in terra appareat glorioſus Quam Hie/
ronimi ſentētiam confirmat btūs Gregorius dicēs Mul/
ti cupiunt euolare de leticia exilij p̄ñtis vite ad gaudia para
diſi. ſed nolunt carere oblectamentis mundi. vocat eos gra
tia xp̄i. ſed reuocat eos ↄcupiſcētia ſeculi. cupiūt mori mor/
te iuſtoꝝ ſed nolunt viuere vita' eoꝝ. hi in eternum peribunt.
qꝛ opera illoꝝ ſequunt̄ illos Item Bernardus Auſteritas
cōuerſationis beati Johānis batiſte peccatoꝛib⁊ delicioſis
durus eſt nuncius eterne mortis Quid em̄ irrōnales ferere
ptilia terre inſanimus cū illo quo inter natos mulieꝝ nemo
ſurrexit maioꝛ. innocentiſſimū coꝛpus ſuū ſic afflixit ꝛ nos
indui p̄cioſis veſtibus feſtinamus et ſplendide laute dilica
teqꝫ epulari. nō ſic impij nō ſic itur ad aſtra. Deniqꝫ recoꝛda
re ꝑabole vel hyſtoꝛie de diuite q̇ dn̄s fuit tantaꝝ opū. q̇ pur
pura indutus et byſſo vnam guttā aque nō potuit obtinere
pro ſue refrigerio lingue cum eſſet in ardoꝛe neceſſitate con
ſtitutus hec recoꝛdare amice mi et age p̄n̄iam dum tempus
eſt: Nam inq̇t Gregorius Deus et ſi p̄n̄ie tantā veniam ſpo
ſpōderit peccanti tn̄ craſtinū diē non ꝓmiſit. Pn̄ia igit̄ erit
p̄terita mala deplangere et plāgēda iteꝝ non cōmittere et ꝓ
poſitum cōmittendi habere Vn̄ Augu. in ſuis ſoliloquijs
Inanis eſt p̄n̄ia quā ſequens culpa coinq̇nat nihil ꝓſunt la
menta ſi expleant̄ peccata. nihil valet a malis veniā poſce
re et mala denuo iterare Sed ꝓ ampliore declaratiōe No
ta ꝙ tres ſunt ꝑtes integrales p̄n̄ie. ſcꝫ coꝛdis cōtritio. oꝛis
confeſſio. ꝛ operis ſatiſfactio. qm̄ em̄ deum tribus modis
offendimus. delectatione cogitatōis. impꝛudētia locutōis
et ſuꝑbia operis. ꝛ qꝛ contraria contrarijs curant̄. tribus

modis oppoſitis ſatiſfacimus delectationi cogitatōis op/
ponendo contritionē imprudētie locutionis confeſſionē. ſu
perbie operis opponendo ſatiſfactionē. de contritione autē
pmo videamus Unde contritio eſt dolor ꝑ peccatis volū/
tarie aſſumptus cū propoſito abſtinendi cōfitendi et ſatiſfa
ciendi. Et dicit Bern̄..triplex habet eſſe dolor iſte: acer acri
or ꝛ acerrimus. acer debet eſſe quia dn̄m deum noſtꝝ ꝛ crea/
torē omniū offendimus Acrior quia patrē noſtꝝ celeſtē q̄ nos
multipliciter paſcit impugnamus. et in hoc peiores canibꝫ
ſumus q̄ paſcētes ſe diligūt ꝛ ſequunt᷑: Acerrimus quia redē
ptorē noſtꝝ q̄ nos redemit ꝓprie ſanguine. ꝛ a pecccatorum
vinculis liberauit ꝛ a crudelitate demonū ꝛ acerbitate gehē
ne eripuit q̄ꝫtum in nobis iterꝝ crucifigimus: Sed de tribꝫ
debemus dolere. ſcꝫ de commiſſo pctō ꝛ de amiſſo tpe. De
virtute ꝛ qualitate hmōi cōtritionis ſic ait Aug. Plus va/
let contritio q̄ꝫ totius mūdi ꝑegrinatio. Itē quedā gloſa ſuꝑ
pſal. Ad dn̄ꝫ cū tribularer. neſcit dn̄s differre indulgētiā cū
ꝯpunctū corde ſibi ſenſerit ſupplicare Et Criſo. Sola ē cō
pūctio q̄ aīaꝫ horreſcere fac̄ purpurā. deſiderare ciliciū ama
re lachrimas. fugere riſum. Itē nihil cōglutinat ꝛ vnit deo
vt lachrime penitentis. E contra vero vt ait Augu. Acrio
res dyabolo dolores non infigimus q̄ꝫ cum plagas pctōꝝ
noſtroꝝ cōfitendo et penitēdo ſanamus Sed heu cum tan
ta bona per pn̄iam cōſequamur. pauci tn̄ pn̄iam agunt de
quo dn̄s cōquerit᷑ dicēs per Hieremiā dicentē. Nemo qđ
bonū eſt loquit᷑ Nullus eſt qui agat pn̄iam ſuꝑ peccato di
cens. q̄d feci Scđm videlicet cōfeſſio ſolet deſcribi ſic. q̄ ē
legitima corā ſacerdote peccatoꝝ declaratio: vnde ethimo
logizat᷑ cōfeſſio quaſi ſilis vel ex toto vel vndiqꝫ faſſio. nam
vere confitet᷑ qui totuꝫ fatetur. vel vt dicit Iſidorus libro
ethimo. Cōfeſſio eſt ꝑ quā latens morbꝫ anime ſub ſpe ve/
nie cōſequende in dei laude apitur De cuius virtute inquit
Ambro. ſuꝑ pſal. Beati immaculati Ceſſat vindicta diui/
na ſi cōfeſſio p̄currat humana. Et Caſſiodorus ſuper pſal.
Cōfiteant᷑ tibi populi deus. Illis nō iudex ſed aduocatus
eſt xp̄us. qui ſe ꝓpria cōfeſſione damnarunt: et Leo Papa

Non remanet iudicio condemnandū. quod fuit in cōfeſſiōe
purgatum Et Auguſtinus in libro de penitentia. Confeſ/
ſio eſt ſalus animaꝝ. diſſipatrix vicioꝝ: reſtauratrix virtu/
tum. oppugnatrix demonū. quid plura obſtruit os inferni.
portas aperit paradiſi. Pro his oībus kariſſime iuxta con
ſilium Iſa. Dic tuas iniq̇tates ⁊ iuſtificeris: iniciū iuſticie
confeſſio peccatoꝝ. oportet ſem̄ te cōfiteri omnia tua pecca/
ta quoꝝ memoriā habes integre vni ſacerdoti de his te ab
ſoluendi poteſtatē habenti. ita q̄ non vnā ꝑtem tm̄ tuorum
peccatoꝝ vni ſacerdoti dicas ⁊ alterā alteri. q: neuter ſacer
dos poſſet tibi ſic confitēti dare remediū. ideo dicit Bern̄.
Qui confeſſionem ſuam diuerſis confeſſoribus diuidit ve
nia caret. excranda namq̧ fictio eſt pctm̄ diuidere et ſuper
ficie tenus radere et nō intrinſecus eradicare. ⁊ tales recipi
unt excommunicationē pro abſolutione. maledictionē pro
benedictione. Talis namq̧ diuiſio confeſſionis fit ꝑ ypo/
criſim. q: grauia peccata dicūt ignotis ſacerdotibꝫ ⁊ illi (cū
quo verſant̄) leuiora narrāt. De quibꝫ dicit Augu. et poni
tur in decretis. Qui cōfeſſionem diuidit laudandus nō eſt:
quod vni celat alteri reuelat. quod eſt ſeipſum laudare et ad
ypocriſim tendere Satiſfactionem (quā Auguſtinus diſ
finit) diſcutiamus tanq̄ꝫ penitētie terciā ꝑtem: inquit enim
Satiſfactio eſt peccatoꝝ cauſas excidere ⁊ eorum ſuggeſti
onibus aditum non indulgere Nam vt dicit beatus Gre/
gorius Nequaq̄ꝫ ſatiſfacimus ſi ab iniquitate ceſſamus ni
ſi voluptates (quas diligimus) cū econtrario oppoſitis la
mentis inſequamur. Et ait Criſoſto. Qualis preceſſit of/
fenſio talis debet inſequi conciliatio tam pronus ad lamē/
ta. quanto fuiſti pronus ad culpā. qualis fuerit tibi ad pec
candum intentio: talis ſit tibi ad penitendum deuotio. gra/
uia peccata grauia lamenta deſiderant. Quia vt dicit Eu/
ſebius epiſcopus. Non leui intentiōe agendū eſt vt debita
illa redimant̄ q̇bus mors eterna debetur: nec pauca opus ē
ſatiſfactōe ꝑ malis illis ꝓpter que paratus ē eternus ignis
Sꝫ heu m̄lti ſtati fatigant̄ in hac vita ⁊ a via ſatiſfatiōis re

tro aſpiciunt cū vxore Loth. Contra quos Bernardus in quodaꝫ ſermone ait Qui ꝑfecte ſenſerit onus peccati ani/ me leſionē. ille aut parum ſenſerit aut oīno non ſenſerit cor poris penā: nec reputabit laborē quo peccata nouerit dele ri preterita cauēs futura Et Auguſtinus ſup pſal. Sūt mlˀ ti quos peccare nō pudet. agere tñ pn̄iam puderet. O incre dibilis inſania de vulnere non erubeſcēs. nōne vulnus feti dum ⁊ putridum eſt. cōfuge ergo ad medicū. age pn̄iaꝫ dic Iniquitatē meā ego cognoſco ⁊ pctm̄ meū ꝯtra me eſt ſem per Tibi ſoli peccaui. qꝛ tu ſolus ſine peccato es. Conſiſtit autem ſatiſfactio in tribus. in orōne. elemoſina. et ieiunio. vt iſte ternarius nūerus ꝯtra illō nephariū diabolicū pctm̄ apponatˀ: orō cōtra ſuperbiā. ieiuniū cōtra carnis ꝯcupiſcē tiam. elemoſina cōtra auariciā Vel ſic. Omne pctm̄ vel in deum cōmittitˀ: ⁊ cōtra hoc ordinatˀ orō: vel in proximuꝫ. et cōtra hoc ordinatˀ elemoſina. vel in nobiſmeſipos. et cōtra hoc ordinatˀ ieiuniū Et propter ampliorē ſatiſfactionis de/ clarationē modicuꝫ de elemoſina tangamus: dꝛ nempe ab elemon qđ eſt miſericordia. ⁊ ſyna quod eſt mandatū quaſi mandatū miſericordie. ⁊ ſcribendū eſt ꝑ e: ſolet etiā ſcribi ꝑ y. ⁊ tunc dicitˀ mandatū dei Ipſe em̄ proprio ore eā manda uit fieri Vn̄ Hieremias Date elemoſinas ⁊ ecce om̄ia ſunt munda vobis Vel aliter elemoſina dꝛ ab ely qđ eſt deus ⁊ moys aqua quaſi aqua dei. ſicut em̄ aqua extinguit ignem ſic elemoſina pctm̄: hec catholicon Sunt aūt tria p̄cipue q̄ nos ad elemoſinā ⁊ opa pia debent ꝓuocare. Primū qꝛ mi ſericordia redimit culpā. puer. xvi. Miſericordia ⁊ verita/ te redimitˀ iniq̇tas Et Danielˀ. iiij: dꝛ qꝫ mulier q̇ cōgregauit in domo ſua vaſa vacua nō pauca paꝝ olei quod habuit in omnia vaſa diuiſit. ⁊ ſic creuit oleū ꝑ quod mulier a credi/ toribꝫ liberatˀ Vaſa vacua ſūt pauꝑes quos in domo debe mus ꝯgregare Iſa. liij. Egenos vagoſqꝫ induc in domum tuaꝫ: paꝝ aūt olei ꝑ om̄ia vaſa diſtribuitˀ Iuxta illud Tho bie: iiij. Si exiguū tibi fuerit etiā exiguū libenter impartiri ſtude. Tunc oleū miſericordie creſcit cū ꝑ meritū et gratiā anima peccatrix creditori deo de peccatis ſuis ſatiſfacit.

Secundo elemoſina tp̄alia bona multiplicat. Vñ Grego. in dyalogo Terrene ſubſtantie (per hoc ꝙ paupibus diſtri buūt) multiplicant̄ Exemplū habemus. iij. Regum xvii. in vidua que Helyam pauit. cui ꝑpter hoc dn̄s farinā ⁊ oleū multiplicauit. ꝑ quod dat̄ intelligi ꝙ paupes magis paſcūt elemoſinarios q̄ȝ ecōtra Tercio elemoſina ſiue opus miſe/ ricordie in morte elemoſinariū cuſtodit et aīam eius cuȝ cla ritate ad regnum celoꝝ perducit. Unde dt̄ Ambro. Sola miſericordia comes eſt defunctoꝝ. O q̄ȝ bonus q̄ȝ neceſſa/ rius morienti comes elemoſina noli ergo talē famulum di/ mittere vel talem aduocatuȝ poſtergū relinquere. ſicut illi q̄ res ſuas auare retinentes nihil in vita ſua ꝑ manus ꝓpri as paupibus diſtribuūt. ſil'es ſūt illi q̄ poſtergū vult porta/ re lucernā. cum dicat. Eccl'i. amico tuo. i. xp̄o vel anime tue vel pauperi. ne dicas vade et reuertere et cras dabo tibi: cū ſtatim poſſis dare Unde ſciēdū ꝙ diues a (quo petitur ele moſina) debet conſiderare tria Primo q̄s eam petit. q2 ipſe met dn̄s deus in tantū dilexit paupes ꝙ quicq̄d pauperi fe ceris ꝓpter amorē ſuū reputat ſibi factum Mat. iij. Quod vni ex minimis his feciſtis. mihi feciſtis. petit ergo elemoſi nam ꝑ pauperē ſuū dn̄s. a quo diues in oratione quotidia/ na petit regnuȝ. ⁊ ideo cum pauperi negat elemoſinā diues timere debet ꝙ deus nō exaudiat eum cum petit ab eo reg/ num celoꝝ: dicit̄ em̄ ꝓuer. xxi: Qui obturat aurē ad clamo rem paupis. et ipſe clamabit et non audiet̄. Scd̄o habet di ues cōſiderare q̄d petit deus qn̄ elemoſinā in ſuis pauperi/ bus petit. petit vtiqȝ non noſtꝝ ſed ſuum. et ideo ingratus ē valde deo: q̄ pauperi negat neceſſariā elemoſynā cum de ci bis dei habeat abundāter. ⁊ hoc cōſiderauit Dauid qui pri mo Paral'. xxix. dixit. Tua ſūt oīa dn̄e et que de manu tua accepimus dedimus tibi. petit reuera ꝑ pauperē ſuuȝ deus non ad dandū ſed mutuandū. nec ad triplum ſed ad centu/ plum vſuras Vñ Aug. O hō quid feneraris homini. fene rare deo vſuras et centuplum accipias et vitam eternaȝ poſ ſidebis Et idcirco nimis eſt ingratus: q̄ ad tales vſuras nō vult comodare deo: ad quales mutuare iudeo vel ſarace/

no. Pro his omnibus kariſſime theſauriſa tibi pauperes
in celo tanq̃ in tuto loco. opera miſericordie faciendo. non
in terra: cor auari eſt quaſi fouea ſine fundo. et quo plus recí
pit plus concupiſcit. vt nunq̃ videatur impleta. Juxta illō
Eccl'. ſeptimo. Auarus nunq̃ implebitur pecunia. Attēde
ꝙ cor ſequitur theſaurum. ve autem illi qui in terra theſau/
riſat. qui per ꝯſequens cor ſuum in terra tali periculo exula
bit illic: ergo dixit Criſoſtomus Congrega ſubſtantiam tu
am vbi patriam tuam habes. qui eñ collocat theſaurū ſu
um in terra non habet quid ſperet. quid enim accipiet in ce/
lo vbi nihil habet repoſitum. illud ſolū tuū reputa qđ pau
peribus erogaſti. non enim ſunt hominis bona que ſecum
deferre non poteſt. vt inquit Ambroſius: Nihil tantū com
mendatur q̃ miſeratio charitatis. non memī me legiſſe ma
la morte mortuum qui libenter exercuerit opera pietatis.
Et Leo papa. Ad dominum integros fructus premittit a
quo nunq̃ pauper triſtis receſſit. tanta eſt virtus miſericor/
die vt ſine illa alie virtutes (ſi ſint) prodeſſe non poſſunt. q̃
uis enim quis fidelis ſit. caſtus et ſobrius et maioribus ali
is virtutibus preditus: ſi tamen miſericors non eſt miſeri/
cordiam non inueniet. Hec in fauorem pauperum de virtu
tibus elemoſine et operum miſericordie dicta ſufficiant.
Nunc ad propoſitum redeamus: Qui non accipit crucem
ſuam et ſequitur me non eſt me dignus. Iſta crux peniten/
tie cito eſt aſſumenda in tempore iuuentutis. quia tunc ho/
mini magis prodeſt. et deo magis placꝫ: Juxta illud Eccl'.
ſecundo. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue
Item dicit idem. Fili ne tardes conuerti ad dominum ihe
ſum chriſtum et ne differas de die in diem. ſubito enim ve/
niet eius ira. et in tempore vindicte diſperdet te. Sed con/
tra hoc ſalubre ſapientis conſilium dyabolus immittit ho
mini malam ſpem longioris vite dicens. iuuenis es: viues
et facies penitentiam et ibis ad confeſſionem. multi nimis
credunt iſti aduocato. quia repromittunt ſibi longā vitā p/
ponentes ſe in ſenectute emendare. quos mors repētina ra
pit et damnantur. Unde dicitur Eccleſiaſtici viceſimo/

nono capitulo: Repromiſſio nequiſſima multa perdit. Eſt
ergo notandum ꝙ talis repromiſſio dyaboli longioris vi/
te et ſenectutis penitendi nequam eſt. quia contra ius et ra
tionem. Nequior. quia contra ipſum peccatorē Sed nequiſ
ſima. quia contra dei bonitatem. ꝙ ſit neq̄ȝ. et contra ius et
rationem apparet tribus exemplis. Primū eſt. quia qui ha
beret decem aſinos et totū imponeret debiliori. faceret cō/
tra iuſticiam et rationem. ſic ille q̇ totum onus penitētie pec
catorum que commiſit in quatuor etatibus. adoleſcētia. iu/
uentute. virilitate. et ſenectute. vult ſoli ſenectute imponere
quando iam debilis eſt et non poteſt laborare. talis mere/
tur maledictionem. ſicut dicit zacharie pmo capitulo Ma
ledictus homo qui habet in grege ſuo maſculum et immo
lat debile domino. ſic ē ille qui fortitudinem ſue etatis tran
ſit et debilitatem ſenectutis ſue proponit īmolare deo. Iſi/
dorus qui tempus congruum penitentie perdit fruſtra an/
te dei ianuam cum precibus venit. Secundum exemplum
eſt qui non poſſet leuare minus onus quando multo forti/
or eſt et potentior. et vellet illud leuare quādo multo maius
eſſet et ipſe debilior factus fuiſſet. merito ſtultus et iniuſtus
reputaretur. ſic eſt de illo qui onus peccatoꝝ et penitētie q̄n
do minus eſt et ipſe fortior. ſcilicet in iuuentute nō vult por
tare et credit melius portare quādo onus erit augmentatuȝ
et ipſe debilior factus eſt. et aſſimilatꝰ iſti ſtulto de quo in vi
taſpatruȝ dicitur ꝙ ſcindebat ligna et de illis faciebat ſar/
cinam et poſtea temptabat leuare: et cum videbat ꝙ nō po
terat de facili portare. iterum ſcindebat alia ligna et appo/
nebat ad ſarcinam et poſtea temptabat: et quanto plus pon
derabat tanta plura addebat. Sic faciunt peccatores quā
do primo ſumunt pondus peccatorum et penitentie ſtatuȝ
deponunt: et peccata peccatis addunt Quia ſicut inquit be
atus Gregorius. Peccatum quod per penitentiam non de
letur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Tercium exemplum
Ille q̇ per totā vitam ſuā cum magnis cuſtodibꝰ parat ſibi
domū vbi non intenderet morari vllo modo et domū quaȝ
optat et cupit perpetuo habitare deſtrueret pro poſſe ſuo. ta

lis aperte facere contra ratione͂ et merito ſtultus et infamis
deberet reputari. ſic etiam eſt peccatoꝛ qui vſq̃ʒ ad moꝛtem
differt conuerti. ipſe enim ꝑ totam vitam ſuam parat domū
ſuam in inferno: cum tamen nullo modo velit ibi habitare
ideo timeat ſententiam Pauli dicentis Qui facit contra cō
ſcientiam edificat ad gehennam. Secundo ꝙ iſta longi/
oꝛis vite ꝓmiſſio nequioꝛ ſit cōtra ipſum peccatoꝛem appa
ret per duo exempla Primū eſt: quia qui plus ſe diligeret in
firmum q̃ʒ ſanum: ſeruū q̃ʒ liberum. nihil habentem q̃ʒ omni
um bonoꝝ participem. talis iniquus eſſet contra ſeipſuʒ. ta
lis eſt peccatoꝛ qui tardat agere penitentiam. quia plus dili
git ſe eſſe in peccato quod eſt infirmitas ſpiritualis vel po/
tius moꝛs dicenda eſt. vel intantū peccatoꝛ impius eſt con
tra ſeipſum eo ꝙ magis ſe diligit moꝛtuum q̃ʒ viuum. ſeruū
q̃ʒ liberum. malū q̃ʒ bonum Unde dicit Johānes in ſua ca
nonica. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Et Auguſti
nus Bonus homo (etiā ſi ſeruit) bonus eſt. malus homo
(etiā ſi regnat) famulus eſt et ſeruus. ſed qḋ eſt peius tot do
minoꝝ ſuus quot vicioꝝ. Secundum exemplū Ille qui de
beret magnam pecuniam ad vſuras que creſceret quotidie
nec poſſet perſoluere et tamen tardaret quātum poſſet talis
homo faceret contra ſeipſum. ſic eſt in ppoſito moꝛari in
peccatis quantum debitum currit ad vſuras. quanto ho/
mo diutius fuerit in peccato tanto plus ſoluet de pena Apo
calipſ. decimaſexto Quātum ſe gloꝛificauit in delicijs fuit.
tm̄ date ei toꝛmentum et luctum: Tercio ꝙ iſta pꝛomiſſio
longioꝛis vite ſit nequiſſima quia contra dei bonitatem ap/
paret per tria exempla. Pꝛimum eſt. quia ſi aliquis iuuenis
dominum ſuuʒ (cui ſeruire et obedire tenetur et a quo om̄ia
bona ſua haberet) per totam vitam ſuam impugnaret et ini
mico domini ſui ſeruiret et obediret. ꝛ poſtea ſenio cōfectus
in fine vite ſue vellet domino ſuo obedire ꝛ ſeruire. et ſuum
ſeruitium ei offerret iniquus contra dominū ſuum eſſet nec
multum tale ſeruitium domino ſuo placeret. ſic eſt peccatoꝛ
qui peccando offendit deum et ſeruit inimico dyabolo in iu
uentute ſua. ꝛ in ſenectute ꝓponit ſeruire deo oīpotenti. Se

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cundũ eſt ſi aliq̄s recepiſſet dona maxima a domino ſuo ad
multiplicandum et lucrandum et q̄ ipſe deberet habere lu
crum ſupflue expenderet ⁊ p nihilo daret in contemptũ dñi
impie ageret et cõtra curialitatẽ dñi ſui ingratus eſſet. ſic ẽ
peccator q̄ corpus et aiam. ſenſus anime vires corpis. tpa
lia bona. ſpaciũ vite et alia multa magna beneficia recepit
a deo et oĩa iſta expendit in cõtumeliã creatoris peccãdo
multiplr̄ apteq3 faciendo cõtra bonitatẽ dei. De aĩa quippe
que tradita eſt nob a deo q̄ſi theſaurus pcioſus. ſic dt Gre
gorius Ve mihi ſi talentũ mihi traditũ in animã meã neg/
ligenter ſeruauero. que pcioſo ſanguine agni incõtaminati
appreciatur De tempore dicit idem Grego. Non eſt tem/
pus tibi impenſum quod nõ a te exiget qualiter expenſum
fuerit Terciũ exemplũ eſt. ſi eſt aliq̄s ſeruus diſpenſator bo
noꝝ alicuius dñi q̄ bonũ panem ⁊ bonum vinũ et meliora
cibaria daret extraneis ⁊ inimicis dñi ſui. ⁊ dño ſuo daret
de pane corrupto et de furfure ad comedendũ et etiã de pu
tridis carnibꝫ et piſcibus. daret quoq3 ei ad potandũ de vi
ni ſui fecibus impie a geret ⁊ contra dñm ſuũ Sic eſt pecca
tor illud quod pulchrius et melius eſt de vita ſua. id eſt iu/
uentutem et fortitudinẽ ſuam dat mũdo et dyabolo q̄ ſunt
inimici xpi. ⁊ qđ peius eſt. i. nouiſſimũ vite ſue pponit deo
ſuo dare. nõ ſic faciebat Dauid cũ dicebat. Fortitudinem
meã cuſtodiam. i. ad ſeruiendũ tibi. et Eccli. ait Noli affer/
re dño feces ſenectutis ſed vinũ libaminũ floride iuuentu/
tis. et de peccatoribꝫ pñiam differentibꝫ Hec ait Gregorius
Satis alienus eſt a fide q̄ ad agendũ pñiam tempus ſenec
tutis expectat. cum nullũ diem vite ſue in ſua habeat pote/
ſtate: idcirco iuxta conſilium Iſidori. Feſtinare debet vnuſ
quiſq3 ad deum penitendo dum poteſt. ſi dum poteſt nolue
rit oĩno cum voluerit tarde non poſſit. Igit feſtina ad peni
tentiam cariſſime ne tardaueris vt non cum fatuis virgini
bus finaliter excludaris.

## De contemptu et odio mundi
## Capitulum quartum.

Nolite diligere mundū neq̃ ea que in mundo ſunt.
Si quis diligit mundū nō eſt caritas dei in eo. mū
dus tranſit et cōcupiſcentia eius. i. Johā. i: Et hec
verba pertractās beatus Auguſtinus ait: Quid vis vtruꝫ
amare temꝑalia et tranſire cum tp̄e. an mundū non amare ꝛ
in eternū viuere cum deo. amas ſeculū abſorbebit te. amato
res ſuos vocare nouit non portare. mūdus nempe quaſi ex
communicatus eſt qꝛ ſicut pro excommunicato nō oratur
in eccleſia ſic nec xp̄us orat pro mundo. qui tamen pro ſuis
crucifixoribus orauit. q̄ꝫ ſtultum eſt etiam tali domino ſer/
uire. qui in fine ſeruum mundum ꝛ ſine mercede eijcere con
ſueuit ſicut facit mundus Unde loquitur ad Soldanū rex
babilonie cum apud damaſcum infirmaretur vſq̃ ad mor
tem et ſcirēt ſibi mortem imminere. ſigniferum ſuum vocat
dicens ei. Tu ſoles ferre vexilla mea ad bella. fer nunc mor
tis mee vexillum. ſcilicet hunc panniculum per totā damaſ
cum dicens. Ecce orientis rex moriens non fert ſecum niſi
hunc vilem panniculum. Simile vero legitur. ꝙ quidā rex
lothoringie iuuenis (cuꝫ eſſet in extremis) reſpiciens ſua pa
lacia et domos ſuos dixit pluribus audientibus. O domi
ne iheſu quantū contēnendus eſt mundus iſte. ecce qui tot
habui palacia et hoſpicia neſcio quo debeam hac nocte ire
vel qui debeat me hoſpitio ſuſcipere. Relinque ergo o pec/
cator diuū eiuū in hoc mūdo anteq̄ꝫ in tanta paupertate re
linquaris ab eo Jacobi. i. Qui amicus eſt huius mūdi. dei
inimicus conſtituitur Et Gregorius. Tanto deo quis eſt
ꝓximius quāto ab amore mūdi eſt alienus Ad quod ſignifi
candum chriſtus nudus extra ciuitatem pati voluit ꝛ cru/
cifigi. vt oſtēderet ſibi nihil eſſe cōmune cū mundo. et quicū
q̃ꝫ voluerit ſequi paſſionis fructum debet exire mundū. ſal/
tem per affectū ꝛ mundanā conuerſationē. Unde dicit dn̄s
Hiere. Fugite de babylonia ꝛ ſaluet vnuſquiſq̃ꝫ animā ſuā
Babilon ſm̄ Hiero. interpretat̄ domus confuſionis et ſig
nificat hūc mundū. in q̄ iā vbiq̃ꝫ regnat ꝯfuſio tā in clero q̄ꝫ
in populo. tam in religioſis q̄ꝫ in ſecularibus. tam in ſenibꝰ
q̄ꝫ in iuuenibus: tam in viris q̄ꝫ in mulieribus: ita vt merito

dicat Johannes in canonica ſua Totus mundus in mali/
gno poſitus eſt. et idcirco conſulit Bernardus fugiendum
eſſe ad vitam religioſam dicens. Fugite de medio babilo/
nis id eſt de mundo et ſaluate animas veſtras. ꝯuolate ad
vrbes refugij id eſt ad vitam religioſam vbi poſſitis de pre
teritis agere penitentiam: et futurā gloriam fiducialiter po
ſtulare. Nō vos penitentie auſteritas deterreat qꝛ non ſunt
condigne paſſiones huius tꝑis ad preteritā culpam que re
mittitur et ad futurā gl'iam que promittitur Sciendū ꝙ mū
dum debemus fugere propter quatuor. Primo enī ſolēt ſa/
pientes recordare a loco infecto. peſtilentia vel fetore. ⁊ max
ime quādo vel egros ſe ſentiunt vel egrotare ſe agnoſcūt. ta
lis eſt mundus q̇ tot mala peccantiū habet. videmus enim
tot fetores inficientes animā noſtram quos recipimus. id/
circo cum pctm̄ ſit morbus cōtagioſus fugienda eſt ſocie/
tas maloꝝ. quia non eſt cautum ſanis cum leproſis habita
re Et Eccl'. xiij. dicitur. Qui tetigerit picem inquinabitur ab
ea. et q̇ cōmunicauerit cū ſuꝑbo induet ſuꝑbiā. Et Hiero.
Certe nihil tam nocet hominibꝫ q̄ȝ mala ſocietas. talis enī
efficitur homo quali ſocietate ꝑfruitur. nunq̄ȝ cū agno lupus
habitat. vir caſtus ſocietatē luxurioſi aufugit pluſq̄ȝ impoſ
ſibile puto virum diutius in bonis ꝑmanere q̇ opibus ma
lorum aſſidua cōuerſatione vtitur: vociferat pſal. Cū ſanc
to ſanctus eris et cum peruerſo ꝑuerteris. ⁊ cum viro electo
electus eris. ſicut enī nocet mala conuerſatio ita prodeſt bo
na. nihil poteſt comparari huic theſauro. qui bonam inue/
nit ſocietatem vitam inueniet diuitijs afflui. Et vt certe ve
re dicam. raro homo bonus vel malus efficitur niſi ob ſo/
cietatis cām. pueri enī cor tanq̄ȝ tabula raſa in q̄ nihil depi
ctū eſt fore: dꝛ illō ergo qō a ſocietate recipit vſqȝ ad ſenectā
retinet ſiue bonū. vt ait Hiero. ſiue malū. Debemus ḡ nos
elongare a mundo malo propter mali vicini moleſtiam. nul
lus autē vicinus ita poteſt nocere ſicut vicinitas peccatoꝝ.
quoꝝ mūdus plenus eſt. Scdō ſolēt ſapiētes recedere a lo
cis in q̇bus timēt ſe tradi in manibus inimicoꝝ ſuoꝝ quod
facit mundus ꝓpter quod ſibi cōgruit illud iude traditoris.

Quēcunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. que verba dt
mūdus demonibꝫ. nā quos mūdus oſculat̄ in pn̄ti. i. exal/
tat honoribꝫ. hoſtibus eius ſcꝫ demonibꝫ tradit vn̄ Hiero.
Signū manifeſte damnatōis eſt in hoc mūdo ſua bn̄placi
ta aſſeq̄. a mūdo diligi. errat in via q̄ p diuitias ⁊ delicias
feſtinat ire. Hec Hiere. Tercio ſolent ſapiētes ſe elongare
aliquo loco propter aliquod periculū. mūdus aūt locus eſt
periculoſiſſimus q̄ mare dr̄ Vn̄ pſal. Hoc mare magnuꝫ et
ſpacioſum manibꝫ periculū huius mundi ſiue maris iuxta
verbū Bern̄. probat. tranſeuntiū raritas ⁊ peuntiū multitu
do in mari marſilie de q̄tuor nauibꝫ vix erit vna In huius
mundi mari de quatuor animabꝫ vix ſaluat̄ vna: quaſi em̄
locus diluuij eſt mūdus iſte vbi pauci reſpectu peuntiū ſal
uant̄. mundus eſt ſicut fornax babilonica igne infernali ſuc
cenſa. ideo valde timendū eſt homini in eo q͛ ad ſibilū vni/
us verbi accendit̄ igne ire. ad vnius mulieris aſpectum ig/
ne luxurie ad aſpectum vnius rei p̄cioſe igne cōcupiſcentie
Quarto elongat ſe homo diſſipatus ab aliquo ꝑpter inimi
ci capitalis timorem Inimicus noſter capitalis eſt diabo/
lus p̄nceps mundi qui mortē noſtrā minat̄ a quo nos elon
gamus dum mundum deſerimus Eccli. xi. Longe eſto ab
hoīe poteſtatem habente occidēdi. homo iſte eſt dyabolus
qui ſic dr̄. q2 ab homine deuincit̄. Mat. xiiij. Inimicus ho
mo hoc facit. Propterea ſciendū eſt q͛ aliter nō pōt perfec/
te vinci mundus niſi p exitū ab eo. vnde legit̄ in vitaſpatrū
q͛ beatus Acernius adhuc in palatio imperatoꝝ exiſtens ro
gauit deū dicens Dn̄e obſecro dirige me ad ſalutez et venit
vox dicens ei Acernie fuge hoīes et ſaluaberis: ipe autē ſta
tim ad monachalē venit vitam Item deum orauit dicēs.
Dn̄e dirige me ad ſalutē. et vox iterꝝ dicit acernie fuge vince
tace quieſce. Hec em̄ ſunt radices nō peccādi. nam in fuga
vincit̄ concupiſcētia carnis. ſilentio: ſupbia vite. quiete deſi
derioꝝ auaricia Itē Iſido. ad contēptum mūdi nos exhor
tan s ait. Si vis eſſe q̄etus nihil ſeculi appetas. abijce abs
te quicq̄d bonū propoſitum impedire poterit eſto mortuus
mundo et mūdus tibi. mūdi gl'iam tanq̄ꝫ mortuus nō aſpi/

cias. viuens contemne qđ poſt mortem nõ poteris hr̃e De
huius mundi vita dicit. Hiero. O vita mundi non vita ſʒ
mors. vita fallax vita onuſta triſticijs. ĩbecillis ⁊ vmbratica
vita mẽdax nũc vt flores ſtatim areſcis ꝓuans vitã cui ĩeſt
vita fragilis vita momnetanea ⁊ caduca que quãto magis
creſcis tãto magis decreſcis. cũ plus ꝓcedis plus ad mortẽ
appropinq̃s. o vita plena laqueis quot in mundo homĩes
illaqueas. quot parte iã ſuſtinẽt tormẽta infernalia. q̃ꝫ btũs
q̇ tuas agnoſcit fallacias q̃ꝫ beatior q̇ de tuis nõ curat blan
dicijs. q̃ꝫ beatiſſimus q̇ a te bñ ꝓuatus eſt. Augu. Mũdus
clamat ego deficiam. caro clamat ego inficiam miſer quem
ſeq̃ris. O kariſſime ſi hec (que iam legiſti) nõ te moueãt ad
ↄtemptũ mũdi ⁊ eoꝝ (q̃ in eo ſunt) audi Ber. de amatoribꝫ
mundi dicentem ve illis q̇bus p̃parãt dolor vermiũ ardor
flãmarũ ſitis ↄtinua. fletus ⁊ ſtridor dẽtiũ horribiles facies
demonuꝫ. ibi mors optabitur ⁊ nõ dabitur ibi nullus ordo
ſed ſempiternus horror quiſputas tunc erit meror que triſti
cia q̇s luctus qñ ſeꝑabitur iniuſtus a ↄſortio iuſtoꝝ ⁊ tradẽ
tur iniuſti poteſtati demonum ⁊ ibunt cum eis ad eternum
ſupplicium. gaudia paradiſi nunq̃ꝫ ſuſcepturi ſʒ ꝑpetuo cru
ciãdi. ibi torquens nec ꝑimẽs fatigabitur. q̇ torquebitur nõ
moriꝛ ſed ſine ſpe venie viuent ⁊ non morienꝛ. morienꝛ ⁊ nõ
ↄſumenꝛ. Iſid. Si habes ſapiẽtiã ſalomonis. fortitudinẽ
Sampſonis. ſi longitudinẽ vite Enoch: ſi Ptholomei po/
teſtatẽ: ſi diuitias Creſi: quid ꝓdeſt tibi ſi caro tua daꝛ ver/
mibꝫ. anima demonibꝫ crucianda cum diuite ſine fine Iteꝫ
mouere te debet ad deſpiciendũ hunc mundũ et ea q̃ in mũ
do ſunt breuitas tp̄is et vite. et incertitudo mortis. Unde
Grego. Reproboꝝ mentes idcirco multa neq̇ter agunt qui
ſe hic viuere diutius arbitranꝛ. iuſti vero q꞉ breuitateꝫ vite
ſue conſiderãt elationes et immũdicie culpas declinãt. De
breuitate huius vite dꝛ btũs Jacobꝫ. iiij. cap̄. canonice ſue.
Quid eſt vita noſtra niſi vapor ad modicũ apparens dein/
ceps exterminabiꝛ. Et Aug. Uita hoĩs ita breuis eſt ab in
fantia vſq̃ꝫ ad decrepitã ſenectutẽ. Adaꝫ ſi adhuc viueret et
hodie moreretꝛ quid illi longitudo vite ꝓfuiſſet. Idem q̇cq̇d



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

de tpe viuitur de ſpacio viuēdi diminuit. vt oīno nihil aliud ſit vita pñs q̃ʒ curſus ad mortē. in quo nemo ſtare paululuʒ vel tardius ire pmittit. ſed vrgent oēs pari motu ſingul' die bus facere dictā ad corpis mortē. Seneca Quotidie mori mur. qꝛ quotidie demit aliqua ps vite. ecce dilectiſſime ſi be ne te inſpexeris et verba tibi iam dicta ac etiā poſtea ſcribē da cordis auribꝫ diligenter pceperis potius deberes dice/ re vado ad moriendū q̃ʒ crederes p longū tp̄s viuere. ⁊ forte diceres hec verba vltima vado ad moriendū tu āt eſtimas diu viuere. et hec tpalia bona et mūdana gaudia annis mul tis in delicijs poſſidere. Sed kariſſime nō ſic hō em̄ vt ait pſal'. Vanitati ſimilis factus dies eius

De falſa mūdi gl'ia potentia et dignitate et caducis eius diuitijs cōtemnendis. Capl'm. v.

Bi ſunt pncipes gentiū qui dominant ſup beſtias que ſunt in terra q̇ in auibꝫ celi ludunt q̇ argentum theſaurizāt ⁊ aurū in quo cōfidūt homies ⁊ nō eſt fi nis acq̇ſitōis eoꝝ extermiati ſunt ad inferos deſcēderūt. et alij in loco eoꝝ ſurrexerūt. vt ſcribit Baruch. iii. Et hec v̄ba ptractās in ſomnis ſuis ſic ait. Vbi ſunt inſupabiles ora/ tores. vbi q̇ cōuenietius feſta diſponebāt. vbi equoꝝ ſplen di nutritores. vbi exercituū duces. vbi ſatrape ⁊ tyrāni. non ne oēs puluis et fauille. nōne in paucis verſibꝫ eſt eoꝝ medi moria vite. reſpice ſepulchra eoꝝ et vide q̇s ſeruus q̇s dñs q̇s diues q̇s paup. et diſcerne ſi potes villicū a rege fortem a debili pulchrū a deformi. Sciendū eſt q̧ hūana gl'ia ex q̄ cūqʒ re pueniat eſt fugiēda: Primo qꝛ viliſſima eſt in ſua cō ditōe. Scd̄o qꝛ falſiſſima in pmiſſione: Tercio qꝛ vaniſſi/ ma ⁊ fragiliſſima induratiōe. Quarto qꝛ maligniſſima in re tributōe. Dico pmo q̧ mundana gl'ia nob̄ eſt iō fugiēda: q̇a viliſſima et hoc de ſua natura. ſcribit em̄. i. Mach. ij. Gl'ia eius ſtercus ⁊ v̄mis. hodie extollit cras ñ inuenit. Quid in rebꝫ ſtercore deteſtabilius. q̇d in aīalibꝫ verme vilius. g̃ſi in anis gl'ia hoīs in ſtercore et verme cōſiſtit. hoībꝫ nō eſt ap/ petēda ſed fugiēda. Eſt aūt mūdi gl'ia putrido ligno ſimilis De q̇ philo. docet ⁊ experiētia cōprobat qd̄ de nocte lucet

ſed putridũ apparet in die. Quid em̄ eſt putridũ hoīez in va
na glīa de nocte lucē habere niſi in hoc tpe qđ nocti vmbro
ſe eſt ſil'e glīoſus incedere et luminoſus infirmis oculis ap/
parere. q̇ nō pñt niſi ẜm ea (que foris ſūt) iudicare. ſed q̄ndo
dies iudicij venerit in q̄ deus illuminabit abſcondita tene
braꝝ et manifeſtabit cōſilia cordiū tūc q̇ nūc videnꝫ glorio
ſi apparebunt putridi viliſſimi et penitus nō curādi. Jtē ta
les mundi potentes ſunt lucipere ſil'es. que volando in no/
cte lucet et in die latet ac tota nigra apparet O ſi hec attēde
rēt q̇ in caducis ſuis diuitijs gloriāꝫ: q̇ q̄nta fetiditate car
nis poſtmodū reuerſure in cinerē nē nobilitate potētia ⁊ di
gnitate extollunꝫ ⁊ ꝯtēnēdo alios depͥmunt q̇ in futuro viliſ
ſimi nigri et putridi apparebūt nō puto q̄n mō cordialit' de
teſtarenꝫ glīam huius mūdi tp̄alem. hoc ſcientes ꝙ impoſ
ſibile ē ſicut dt Hiero. vt hō in celo et in terra appareat glīo
ſus. Scđo dicebaꝫ ꝙ glīa mūdana eſt nobis fugiēda quia
eſt fragiliſſima: nec eſt vlla ſtabilitate firmata. ſic namqꝫ eſt
defectiua. vt quelibꝫ vaporoſa vel fumoſa ſubſtātia. fumus
em̄ quāto plus ſe in altū erigat tanto plus deſinit donec pe
nitus euaneſcit flos magni odoris et ad tp̄us innumerabil'
venuſtatis ad modicū tactum venti vel ſolis areſcit et om/
nis gloria eius perit. ſic mundi gloria Jſa. iiij: Omnis ca/
ro fenum et omnis glīa eius ſicut flos feni exaruit fenum et
flos cecidit. et omnis glīa eius perit Amatores ergo huius
temporalis glīe ſimiles ſunt feno tectoꝝ qđ priuſq̄ꝫ euella/
tur exaruit. Unde Eccl'i. Omnis potentatus oīs vita rerū
eſt hodie ⁊ cras morieꝫ. nam vbi eſt nūc glīa regis Aſueri q̇
per centum et viginti ꝓuincias impabat. Ubi illius gloria
magni Alexādri in cuius cōſpectu om̄is terra ſiluit Mach
primo. vbi nunc gloria totius imperij quod admodum fere
om̄ia regna terre ꝑdomuit. vbi ſunt pͥncipes mundi qui do
minabanꝫ ſupra beſtias. nonne om̄es tam ꝑegrini q̄ꝫ hoſpi
tes vnius diei veloci fine trāſiuerūt. vere ſic: nā vnus ex eis
non remanſit. quia in vanitate defecerunt dies eoꝝ et anni
eoꝝ cum feſtinatōe. Uiuere nāqꝫ mori. mors nulli parcit ho
nori Mors fera mors neq̄ꝫ mors ſortē diuidit equā De cū

ctis legē tollit cum paupere regē. Tercio mūdana gloria eſt nobis ideo fugienda. qꝛ falſiſſima nulli ſeruās promiſſa. ſed oīs hoīes fallens in via quē eīn imꝑatorū. quē ꝓncipū nō decepit. longā eīn ꝛ honorabilē vitā. pacificā ꝛ ſecurā potē/ tiā ꝓmittit ſuis. cum vnū momentū tꝑis vite addere nō poſ ſit. Quis in tꝑali gl'ia Alexandro ſimilis q̇ nunq̄ȝ vllū bellū ꝑdidit. ſed cum paucis multitudinē deuicit. nullā ciuitateȝ obſedit quā nō ſuꝑauit. nullā ꝓuinciā inuaſit quam nō ſue dn̄ationi ſubmiſerit. ꝛ tn̄ qn̄ oīa ſe ſubiugaſſe credidit et pa cifice vitam ducere ſꝑauit. tūc in momento vno deꝑijt. quid igiꝣ hanc mūdi gl'iam ſeq̄ris. a q̄ in morte iuuari nō poteris Vn̄ Petrus bleſenꝭ in q̄dam epl'a Gl'ia mūdi fallax ꝛ ſedu ctoria. ſuos decipit amatores. q̇cquid eīn vel in futuro vel in p̄n̄ti ꝓmittit p̄tendit. totū ad nihiluȝ deueniet et tanq̄ȝ aq̄ decurrēs Quarto mūdana gl'ia nob̄ eſt iō fugiēda et contē/ nenda qꝛ malignīſſima in retributōe. qꝛ nō ꝑducit ad gloriā ſed penā et cōfuſionē ſempiternā. Vn̄ Oſee. iiij. Gl'ia in ig/ nominiā ſeu ꝯfuſionē. potētia in impotentiā. ſapiētia in ſtul ticiā. et oīs dilectio in maximā penā. nā et iuxta menſuram culpe. erit mēſura pene Hiero. eīn illos alloq̇ꝣ cupidos tꝑal' gl'ie di. Ve ve vob̄ q̇ ad celoꝝ regna diuitiaꝝ itinere feſtina tis. qm̄ facilius eſt camelū intrare ꝑ foramē acus q̄ȝ diuiteȝ intrare regnū celoꝝ. nō mea hec ꝟba ſunt. ſȝ xp̄i ſi hec reuo/ cabil' eſt ſn̄ia. xp̄s oīm nō eſt deus. celū inq̇t et terra trāſibūt verba āt mea nō trāſient Vlulate o vos miſeri vento inſta/ bilis fortune nobiles et potētes q̇ alios confunditis et tan q̄ȝ ignobiles cōculcatis et huius mōi vanitatibꝯ honorūq3 et falſaꝝ dignitatū fumo obcecati. cū vīe vite breuiſſime te/ la morte velut a texente forte hac nocte ſcindeꝣ et in inferno fine interminabili p̄ alijs cruciabimini cōtinue moriēdo vi uētes in laboribꝯ hoīm in mūdo. nō eſtis imo nō ſolū cū ho minibꝯ labores nō fertis. ſed laborātes viuere nō ꝑmittitis idcirco nō cū hoībꝯ ſed cū dyabolis flagellabimi. q̄ȝto eīn in mōo maior fuerit gl'ia et leticia. tāto in inferno maior prepa raꝣ pena. Sed quid dicā duodecim fatemur xp̄m apl'os ele giſſe. quorū oīm vnus ſolus bartholomeus carnis origine

fuit nobilis ꝛ ſctūs Matheus diuitijs (anteq̄ꝫ recipet apo
ſtolatū) inſiſtebat. ceteri vero erāt paupes piſcatores. Cur
hec retuli audiatis ſi xp̄s eſt verax et oīa que ex ore eius au
diui mēdacia nō ſunt. huius mūdi hoīm vix vnus apius re
perit ſub nube qui vere eoꝝ vite mūde credat. ſed poſt mo/
dicum tp̄is in tormētis ſentiēt ſe poſitos: Sed forte q̇s ve/
ritatis lumīe cecus mirabit. ad quē ego ſi ex hoc me interro
garet rn̄derē nonne. vnico credimus dānari hoīem mortalí
pctō. ſed ſi hoc inquit ita eſt. vix ſaluabit vnus de centū mi
libus ſꝫ q̇d diues. et mortalis fame aura paſtus aliud eſt q̄ꝫ
quoddā oīm peccatoꝝ vas putridū. vbi ſupbia eſt. vbi luxu
ria: vbi auaricia. nōne in diuitibꝫ nobilibꝫ potentibꝫ. nōne
et latrones ſunt q̇ paupeꝝ mercedem violenter depredāt et
eos deprimunt atqꝫ necāt. q̇ ex vbertate domus dn̄i diuiti/
as vt paupibus neceſſaria ordinarēt receperūt. Certe ſuper
fluitatem veſtimentoꝝ ſupfluitati ruine addūt de pauperi/
bus frigore ꝛ nuditate morientibꝫ nō curātes palacia et ma
gna erigūt edificia. vt humanis oculis ꝯtemplētur. ꝛ pau/
peres in plateis moriant incōmodis cōuiuia alijs freq̄nēter
preparāt diuitibꝫ. vt fercul' delicatiſſimis ſui ventrꝭ repleāt
ingluuiē. q̇bus paupes fame pereunt. q̇d aliud eſt q̄ꝫ pecca/
ta vita eoꝝ. ſi venter repletus eſt tanta ciborum copia. nōne
adeſt ad fores luxuria. q̇d ergo amplius loq̄r. oīm em̄ mor/
taliū lingua deficeret. vt pctā (que faciāt) intimaret nec deū
niſi ſomniādo cognoſcūt. nec ſe vt puto morituros arbitrā/
tur. ille em̄ facile in pctīs labit. q̇ ſe morituꝝ nō cogitat ꝛ de
um ſibi fore iudicē ignorat. vere nimis eſt imbecillis ꝛ miſer
cui hoꝝ nō eſt memoria. ſi cūcta dyabolica tēptamēta nō fa
cile vilipēdit. idcirco vere dicā. ſi deū ſuū iudicē vere agnoſ
cerent. ꝛ ſi ſe mori crederēt nō peccarēt ſaltē tā ſecure Cur hi
miſerrimi ad eccl'iam ꝓperāt. vt diuinis interſunt myſterijs
an vt contemplent mulieꝝ valorem. hec ſua meditatio. hec
p̄dicatio. hec dei cogitatio. ſic diuinā percuntant legē. vt pe
cuniā terras et mare pagrantes crebris vigilijs et meditati
onibꝫ ſibi a filijs ſuis et diuitias cōgregent certantes. veſti
menta ſua in ſocietate mira artificij varietate frequēter mu

tent. Qui et ludos. haſtiludia. choreas. prouocatões. ebri
etates magna cõuiuia. delicata fercula ſuis alternatim exhi
beant ſodalibus mulieres ad ſuam voluptatem explendaȝ
ſufficienter habeant. Sed vere miſeri quod facitis agnoſci
tis. corpus ante tempus deſtruitis et animam interficitis.
Unde infirmitates et mors taȝ intempeſtiua. niſi ex nimia
ciborum copia et frequenti mulierũ vſu deum deludere cre
ditis. certe deluditis voſmetipſos. pro corpore obliuiſcimi
ni animã. et ecce corpus cum anima ante tempus deſtruitꝫ
et ideo gaudere iocundamini et letamini in hoc breuiſſimo
temporis ſpacio q̄ habetis vt poſtmodũ cum dyabolo ſine
fine tp̄is lugeatis. Quid facitis ne differatis frequentiſſime
veſtimẽta ꝑmutatis ne forte diſpereat nobilitas. ne ſunt qui
vos excedãt vt in inferno verecundiã recipiatis et cõfuſionẽ
vbi cõuiuia. vbi delicata fercula. vbi vina precioſa et mixta
aromaticis vel pipere. epulemini et inebriemini. nõ em̃ poſt
mortem amplius hoc facietis. ſed cũ diuite q̇ quotidie epu/
labatur ſplendide in gehenna guttam aque minimã ꝑpota/
bitis nec habere poteritis. ſeminate in corruptiõe et de cor
ruptione colligetis in die iudicij cum vobis dicet. Ite ma
ledicti in igneȝ eternum qui paratus eſt dyabolo et angelis
eius. Heu cor lapideum ſi illum diem expectas. diẽ terribi
lem et horribilẽ: in quo nõ ſolum de luxurijs. veſtibus. ebri
etatibus. et cõmeſſationibꝫ ⁊ de tp̄e amiſſo q̄ vixiſti. ſed etiã
oportebit de qualibet locutione vana reddere rationẽ. Cur
nõ emendatis. cur moraris miſer de die in diem ꝯuerti ad
dñm. cur te iam maloꝝ non penitet. ecce mors ꝓperat vt te
cõterat die nocteqȝ currens: ecce dyabolus iaȝ ꝓperat vt te
recipiat. ecce diuitie tue tibi deficient. ecce vermes corpus
quod tanta nutris diligẽtia expectãt vt illud rodant quouſ
qȝ coniunctũ anime cuȝ illa pariter penas habeat infinitas:
Quid errãdo ꝑ huius vitã ſeculi in vanitatibus petis ſola/
tia diuitias gl'iam ⁊c̄. tibi placita nõ inuenies hic. qꝛ hic nõ
ſunt. ſed ſi vera queris gaudia. ad illam celeſtẽ gl'iam q̄ȝ to/
tius ꝓpera. certe illa gaudia vera ſunt. que oculus non vidit
nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit. dimitte que

ſo caduca et momentanea vt habere valeas ꝑpetua et eter/
na. Sed quid eis qui nec timore nec dei amore nec mortis
nec tormentoꝝ ſubſequentiũ timore a peccatis ceſſant. ſed
dolent. ſcꝫ vt optant prauaꝫ non poſſunt ducere vitam. Ve
ve miſeri qui hic ridetis. quia plangetis. ve qui iſta optatis
temporalia gaudia. qꝛ vobis inuitis ſuſtinebitis tormenta
infernalia. Ecce vobis reſtat modicuꝫ tēporis implere mē/
ſuram veſtrarum miſeriaꝝ ſeu maliciaꝝ. vt veniat ſuꝑ vos
om̄is indignatio diuina. fruamini hoc in paruo tempore io
cis et ebrietatibus prelijs cōtentionibꝫ choreis et ꝓuocatio
nibus. nec vacuum p̄terite tp̄s ꝑmittatis. quid moriamini
dum viuitis congregate filijs veſtris honores diuitias et
potentias. veſtram augmētate nobilitatem et famā. vt et fi/
lij veſtri poſſint (que feciſtis) explete. quanto cũ illis in infer
no ampliora patiamini tormenta. Sꝫ forte q̇s diceret beni
gnus eſt deus et miſericors q̇ omnē peccatorē ad ſe redeun
tem recipit et ei indulget Verum hoc q̇dem eſſe fateor ꝙ be
nignior eſt dñs q̄ꝫ creditur et vnicuiqꝫ parcit ad ſe cum de/
cet redeunti. nonne benigniſſimus eſt dñs. qui tantas iniu
rias tollerat a peccatoribꝫ dans eis tp̄is ſpaciũ vt emenden
tur. ſed hoc noueris. qꝛ ſicut benignus eſt tolerādo: ita iuſtꝰ
eſt puniēdo. Sed q̇s iteꝝ dicet ꝙ licet vir q̇ toto tp̄e vixerit
minime bñ fecit: in mortis tñ articulo accepta pn̄ia a deo ve
niā obtinebit. Heu q̄ꝫ vana ſuſpiratō. et falſa meditatō. vix
de centũ milibꝫ hoīm (quoꝝ mala fuerit vita) merebiť indul
gentiā habere vnus vir totus in peccato genitus ⁊ enutri/
tus q̇ non ſm̄ deum vixit. nec cognouit nec de eo audire vo
luit nec ſe peccare agnouit nec q̇d pn̄ia ſit niſi forte dormiē
do nouit. totus adhuc ſecularibꝫ innodatus negocijs queꝫ
anguſtia p̄mit filioꝝ quos deſerit quē infirmitas ꝯterit. quē
dolor diuitiaꝝ ⁊ bonoꝝ tp̄aliũ cōcutit. cũ eis n̄ poſſe āplius
frui ſe cernit aliquā a dō accipiet pn̄iaꝫ. quā nō accipet ſi ad
huc ſanari ſe crederet. certe ꝯcludā q̇ dũ ſanus ē deũ offēde
re nō formidat. in morte nō merebiť diuinā obtīere indulgē
tiā. q̄ nāqꝫ eſt pn̄ia quā ſolam q̇s accipit q̇ ſe viuere amplius
non poſſe cernit: qui ſi ex infirmitate conualeſceret peior q̄ꝫ

prius fieret. ſcio eñi modicos pecunioſoꝝ in mortis' articl'o accepta pñia cõualuiſſe corꝑe et peioraſſe vita hoc teneo. ħ iterũ puto. hoc multiplici experiẽtia didici ꝙ eius nõ eſt bonus finis cuius ſemꝑ mala fuit vita. q̇ pctã nõ timuit. ſꝫ mũdi vanitatibꝫ ſꝑ vixit. hec oĩa Hiero. Pro his oĩbus dilectiſſime mi ſi recte ſapis ſi tecũ lumen oculoꝝ eſt. ꝯtenne ꝛ relinque hec oĩa. ſcꝫ caducas mundi diuitias: falſaꝫ eius gloriã ꝑpter eum q̇ eſt ſuꝑ oĩa. et q̇d prodeſt homini. ſi lucretur vniuerſum mundũ. aĩe vero ſue detrimentũ patiaꝛ. Scito omnẽ honorẽ huius ſeculi eſſe impedumentũ gr̃e. et qđ deterius' eſt peremtoriũ ſalutis eterne. quem eñi legimus a ſecularibꝫ delicijs ad eternas delicias demigraſſe. O q̃ꝫ fallax et vana eſt gl'ia quã homines ab inuicem petunt et accipiũt et gl'iam (que a ſolo deo eſt) nõ querunt. homo ſi alijs preferri ſe petit. nõne collega eſt eius q̇ dixit Ponã ſedã meã in aq̇lone et ſimilis ero altiſſimo. ſꝫ quiuis aſcẽdit cathedrã eiuſdem timeat precipiciũ et ruinã. Et inquit Auguſtinus. O q̃ꝫ felix q̃ꝫ beatus qui ſolo deſiderio eternitatis inardeſcit. qui nec ꝓſperitate attollitur. nec aduerſitate quaſſaꝛ. et dũ nihil habet in hoc mũdo qñ diligat. nil eſt in mũdo quod ꝑtimeſcat. ꝛ gl'ia huius mđi nihil aliud eſt q̃ꝫ quedã vana auriũ inflatio. O ergo q̃ntum excecatus es ſi huius ſeculi gloriã q̄ris. Nam vt ait Anſelmus. Non p̄t hõ eſſe in honore ſine labore. in prelatione ſine turbatione. in ſublimitate ſine vanitate. Unde kariſſime ſi prudẽter periculuꝫ tuuꝫ (quod de tꝑali mundi honore incurris) aduerteres proculdubio a ſeculi vanitatibus te cohiberes

## De morte ſemper timenda et vbiqꝫ expectanda

### Capitulum. vi.

Emor eſto quoniam mors non tardet. Scribiꝛ eñi ꝙ multa bona conferat homini meditatio et memoria mortis quod in multis ſacre ſcripture locis declaratur. Unde Eccleſiaſtici primo dicitur. Memorare nouiſſima et in eternũ non peccabis. ibi Bernar. ita ait. Sũma felicitas eſt meditatio mortis aſſidua: hanc homo ſecũ vbiqꝫ portet et in eternuꝫ non peccabit. Et ait Auguſtinus

Nihil ei ſic reuocat a ꝑctis ſicut frequēs meditatio mortis hec eſt eñ illa q̄ facit hoīez hūiliare ſe oīa ꝯtēnere et penitē tiā agere ſiue acceptare. ꝛ Hiero. Facile contēnit oīa q̇ ſe ſꝑ cogitat moriturꝝ. nā cōcupiſcētia oculoꝝ contēnit. qñ q̇s co gitat ſe tā breuit oīa relicturꝝ. cōcupiſcētia carnis qñ q̇s cōſi derat q̄ corpus ſuū ꝓpriū q̄ſi in inſtāti erit cibꝰ vermiū. ſuꝑ bia vite dū hoc q̇s corde cogitat q̄ ille (q̇ vult mō eē ſuꝑ ali os) ponet infra terrā ſubtus pedes oīm. vtinā attēderēt oēs reges et ꝓncipes diuitijs habūdantes in h̄ mūdo quō a tā amplis palacijs ſunt deferēdi ad ſepulchꝝ tā ſtrictū et a pa/ lacijs tā lumīoſ et fulgidis ad ſepulchꝝ tā horridū et ob/ ſcurū et a palacijs pictis floribꝰ et imaginibꝰ ornatis ad ſe/ pulchꝝ tā fetidū et a palacijs ſic rebꝰ oībus refertis ad ſepul chꝝ tam indigēs et egenū. et a palacijs filijs et famul' ordia tis ad ſepulchrū ſic vacuū et ſic filijs et famul' derelictū. O vbi eſt illa ꝑterita pōpa. vbi ꝑterita gl'ia. vbi famuloꝝ ſequē tiū turba. vbi veſtimēta illa tā fulgida. vbi cultura. nā pau/ loāte viuebat in delicijs in palacio. q̇ totus mādučat a ver mibꝰ in ſepulchro. et Inno. Hec fratres attendite Ecce qui pauloāte in delicijs ꝛ diues reſidebat in domo. ecce q̄ȝ pau per iacet in tumulo. ꝛ q̇ gl'ioſus incedebat in aula. ecce q̄ȝ de formis et deſpectus iacet in tūba. ꝛ q̇ veſcebat delicijs in ce naculo. ꝯſumit vermibꝰ in ſepulchro De hac etiā memoria mortis ſic ſcribit Petrus damianus ad q̄ndā comitiſſam. Penſandū ſepe eſt cū iā peccatrix aīc vinculo incipit carnis abſolui q̄ȝ amaro timore cōcutit. quātis mordacis ꝯſcīe ſti mulis lacerat recolit vetita q̄ cōmiſit. vidit mandata q̄ neg ligēter implere cōtempſit. dolet indulta pn̄īe tꝑa ſeſe inanit ꝑcepiſſe. plorat īmobilē diſtricte vltōis articl'm ineuitabilit īminere ſatagit. exire cōpellit. repare vult tꝑa ꝑdita ſed non audiet. poſt terga reſpiciēs totiēs trāſacte vite curſuȝ velut vnū breuiſſimi itineris deputat paſſum añ ſe ocl'os dirigit et infinite ꝑhēnitatis ſpacia deꝑhēdit. Plorat itaq̄ȝ q̄ in tā breui ſpacio tꝑis acq̇rere potuit oīm leticiā ſanctorū. deflet etiā ſe ꝓpter tam breuis illecebre voluptatē incurabilē ꝑpe tue ſuauitatis amiſiſſe dulcedinē. erubeſcit. q̄ꝛ ꝓpter carneȝ

que vermib⁹ erit obnoxia. aīam neglexit que choris angeli
cis eſſet deferenda· iam radios mētis attollit. et cū diuitias
immortaliū cōtemplať. eaſq̄ ꝑpter huius vite inopiā ſe per
didiſſe confundiť. Cūq̄ ſub ſe reflectit oculos ad hui⁹ mū
di vallem terreq̄ caliginē ſup ſe vero mirať eterne lumīs cla
ritatem. liquido dep̄hendit. q2 nox erat et tenebre qđ in hoc
mundo amauit. in terra oculi cōtabeſcūt et vertunť in ca/
pite. pectus palpitat. paucū guttur anhelat: paulatim dētes
nigreſcunt. palleſcunt ora. membra cuncta rigeſcūt. vene rū
punť in corde. cor ſcindiť in dolore. dum hec itaq̄ et hmōi
tanq̄ vicina morti p̄cedentia famulanť officia aſſunt oīa
geſta ſimul et verba. ⁊ etiā ipſe cogitatōes deſunt. que oīa
amarū aduerſus auctorē reddunt teſtimoniū coaceruantur
cuncta añ reſpicientis oculos. et qui cōſpicere refugit coac/
tus ⁊ inuitus attēdit: Adeſt p̄terea huic horrēda demonū
turba. illic virtus angelica. in illo q̄ medius eſt liquide dep̄
hendit cui ꝑtinentie ipſa poſſeſſio iudiceť. nam ſi in ea pieta
tis inueniunť inſignia viſitatōis angelice blādicijs delini/
tur atq̄ armonice et melodice ne exeat prouocať. qđ eīn ſini
ſtre parti meritoruz nigredo et fetiditatis ſqualor adiudicet
intolerabili mox terrore concutiť repentini impetus violen
tia ꝑturbať. p̄cipitať inuadiť ac de miſero carnis argaſculo
violēter exire cōpellitur. tūc aīa vadit ad labia. et interroget
labia quid vis aīa: rūdet aīa et dicet. exire me opz. dicunt ei
nō per nos intraſti nec ꝑ nos exiges. vadit ad aures ſimiliť
et ad nares que rūdent ſicut labia. tandē venit ad oculos. ꝑ
quos exit. q2 ꝑ ipos intrauit. poſtea reſidet ſupra verticez ca
pitis et circūſpiciens huc ⁊ illuc. accipit magnā triſticiā ſi ē
dānanda. dicēs ad ſeipam. o tu maledicta aīa excōmunica/
ti latronis furis adulteri fornicatoris ꝑiuri feneratoris. qñ
ſic circunſpicit illa infelix aīa. videt veſtē ſuā quaz habuit in
fonte baptiſmatis candidā ⁊ immaculatā nigriorem pice ⁊
coruo: tūc miſerabilr̄ ſuſpirat dicēs cū horribili fletu et cla/
more. heu heu q̄s mutauit veſtē meā. nōne veſtis mea cādi
dior erat niue et mō immūdior eſt pice et nigrior coruo. tūc
ei apparet dyabolus ille q̄ eā ſeduxit et quē ipa ſecuta eſt in

hoc mūdo. angelus: ſathanas dicens ei. Noli mirari aīma mea ego ſum q̇ p̄paraui tibi hāc veſtē. ſed tu non ſola es tali veſte induta. ſed maior ꝑs mūdi: tūc dt aīa q̇s es tu. dyabolus rn̄det. nōne ego iam dixi. qꝛ ego ſum q̇ p̄paraui tibi has veſtes et vitā meā oſtendi tibi. mihi quoqꝫ in oībus obediuiſti ꝛ credidiſti et laboraſti mecū. et om̄e cōſiliū meum feciſti. ꝛ ideo habitabis mecū in regno. vbi triſticia ſine leticia vbi fames ſine cibo. vbi ſitis ſine potu: vbi tenebre ſine luce vbi fetor ſine bono odore. vbi dolor ſine ſolatio. vbi planctus ſine remedio. vbi fletus ſine interuallo. vbi clamor ſine ſilētio. vbi vllulatus ſine modulātia. vbi ignis inextinguibilis ſine refrigerio. vbi ventus validus ſine tranquillitate vbi frigus ſine medio. vbi calor ſine termino. vbi omne malum ſine om̄i bono. O amica ſurge veni mecuꝫ. ecce angeli inferi veniunt obuiā tibi. et cantabūt tibi carmē doloris et triſticie cantū amarꝫ valde. Tunc etiā apparebit ei angelus dei cui ipa fuit cōmiſſa a deo et dicet: Beati q̇ vitāt hanc in mūdo veſtē turpiſſimā. O q̄ꝫ infelix es amica dyaboli ꝛ maledicta creatura q̄ a deo om̄ipotenti es maledicta. tecū fui ꝛ nō vidiſti me. docui te et noluiſti intelligere me. cōſului tibi et noluiſti audire me. Vade ergo in manus demonū et vade in locū tormentoꝝ. q̇ p̄paratus eſt tibi. nam ex operibus tuis iudicaris. Extūc vero q̇s explicare valeat q̄ꝫ amare iniquorū ſpirituū acies inſidijs lateāt q̇ fremētes cū infernalibus telis inſtructi tūc inſurgūt. a q̇bus infelix aīa ad eterna ſupplicia cū amaritudine ꝑtrahiť: ꝛ deriſorie improperātibus pctā ſua et dicētibꝫ. O q̄ꝫ ſuꝑbiſti hucuſqꝫ. o q̄ꝫ ſplēdide epulata eſt. o q̄ꝫ curioſe veſtita fuiſti. o q̄ꝫ fortis fuiſti. dic nobis cur non modo epularis. cur non varie veſtiris: cur non habes curā de diuitijs tuis. cur nō modo conſolaris cuꝫ vxore tua. cum filijs et filiabus et amicis. cur nō loqueris eis. Anima vero miſera corpori ſuo maledicet. ita dicēs: O tēplū dyaboli oꝑa tua polluerunt me: o maledicta terra. o habitatio ſathane ſurge cito et veni mecum vt videas loca tormentoꝝ que ſunt mihi preparata propter te. in quibus ego ero vſqꝫ in diē iudicij. tu vero eris extūc in eadē dānatiōe in

eternū. Maledicti ſunt oculi tui q̄ noluerunt videre lumen
veritatis et viam iuſticie dei. maledicte ſunt aures tue q̄ no
luerunt audire verba eterne vite. maledicte ſunt nares tue q̄
noluerīt ſcāru̅ ꝯtutū admittere ꝭmões. maledcā ſunt labia ⁊
lingua tua. qꝛ nō guſtauerūt eterna patrie gaudia. et q̄ non
aperuerūt hoſtiā laudis ad laudem ſui creatoris. maledicte
ſūt manus tue qꝛ ꝑ eas nō ſunt porrecte paupibꝫ elemoſine.
maledicta ſunt tuorū p̄cordia. qꝛ eructauerūt peſſima conſi
lia. maledicti ſunt pedes tui q̄ eccl'ie xp̄i nō viſitauerūt limīa
maledicta ſunt mēbra tua oīa. qꝛ celorū nō emerunt gaudia
maledicta ſunt opa tua oīa. qꝛ adepta ſunt eterna ſupplicia.
Ecce kariſſime de q̄nto piculo te potes liberare de quanto
magno timore eripere ſi mō ſꝑ timoratus fueris ⁊ de morte
ſuſpectus. ſtude nūc taliter viuere vt in hora mortis valeas
potius gaudere q̄ȝ timere. diſce nūc mori mūdo vt tūc inci/
pias viuere cū xp̄o. diſce nūc oīa contēnere vt tunc poſſis li
bere cum xp̄o ad gl'iam feſtinare. caſtiga nunc corpus tuum
per pn̄iam vt tūc habeas certā cōfidentiā. O q̄ȝ felix q̄ȝ pru
dens q̄ talis nūc eſſe nitit̄ in vita q̄lis optat inueniri in mor
te. Aye eya q̄cq̄d potes facias qꝛ neſcis qn̄ morieris. neſcis
etiā q̄d tibi poſt mortē ſequat̄ noli cōfidere ſup amicos ⁊ px
imos. qꝛ citius obliuiſcent̄ tui q̄ȝ eſtimas. ſi nō es ſollicitus
pro teip̄o mō. q̄s erit ſollicitus in futuro. melius eſt nunc tē
peſtiue ꝓuidere et aliq̄d boni p̄mittere q̄ȝ ſup aliorū auxilio
ſperare dū tp̄s habes cōgrega diuitias immortales elemo
ſinarū largitōe. fac nūc amicos tibi venerādos dei ſcōs ⁊ cū
bn̄feceris in hac vita recipient te in eterna habitacula. Vn̄
Grego. Curandū nob̄ eſt cū magnis q̄tidie fletibꝫ et cogitā
dum q̄ȝ ſeuus ſua in nob̄ opa req̄ret in die noſtri exitus p̄n
ceps huius mūdi dum veniet. et Bern̄. Quis erit pauor ille
om̄ia mea cū dimiſſis oībus quorū eſt tibi tam iocūda pn̄/
tia q̄ȝ gratus aſpectus ſola penitus incognitā regionem in
gredieris. et occurſantia tibi cateruatim irruere cornuta il/
la mōſtra videbis. q̄s in die tante neceſſitatis occurret: q̄s
tenebit̄ a rugientibꝫ p̄paratis ad eſcam. q̄s cōſolabitur. q̄s
deducet. ſed occurrent vtiqȝ aīabus iuſtorū angeli ſancti

demones arcendo ne illas exeuntes impediāt. ac ipſas cuꝫ gaudio in celo deferendo. Vñ de animaꝝ iniquaꝝ tranſitu d̄t Bernardus. ꝙ illis horror in exitu in tranſitu pudor et in cōſpectu glīe magni dei confuſio. Unde in pſal. Mors peccatoꝝ peſſima. mala in amiſſione mūdi. peior in corporis et anime ſepatione. peſſima in vermis cōpunctiōe ⁊ ignis cōcrematione. et q̄d omniū peſſimū eſt in diuine cōtemplationis ſeparatione. Conſidera ergo kariſſime frater ꝙ mors nō poteſt declinari. hora mortis non poteſt inueſtigari. tempus a deo preordinatū non pōt mutari cum vita ſecura optatur et cum deuotione acceptat̄. Bona ſiquidem eſt mors iuſti. ꝓpter requiem. melior propter nouitatem. optima propter ſecuritatem

De gaudijs paradiſi et penis inferni que notare dꝫ om̄is peccator. Capitulum. vij.

Culus non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcēdit que preparauit dominus his qui diligūt eū ꝑmo ad Choꝝ. ij. O anima peccatrix et miſera vt tibi iam vileſcant omnia que ſunt in terris. attende diligent̄ que et quanta ſint que p̄parantur electis dei in celis. Unde ſciendum eſt ꝙ tot et tanta ſunt in celis gaudia ꝙ om̄es ariſmetrici non poſſunt numeris euacuare vel calculare. om̄es geometrici non poſſunt eadē menſurare. omnes grāmatici dyaletici ac rethorici non poſſunt ea ipſa ſermonibꝫ explicare. qꝛ oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit ⁊c̄. Gaudebunt quippe omnes ſancti ſupra ſe de dei viſiōe. infra ſe de celi ⁊ aliaꝝ creaturaꝝ ſpiritualiū pulchritudine intra ſe de corpis glorificatione. iuxta ſe, de angelorum et hominum aſſociatione. Anſelmus quippe ponit ſeptem dona anime que iuſti habebunt in celeſtis patrie beatitudine. Et ꝑmo ponit bona corporis que ſunt pulchritudo. velocitas. fortitudo. libertas. ſanitas. voluptas. et eternitas iuſtorum. dicit ergo in illa vita iuſtoꝝ pulchritudo ſolis pulchritudine ſeptipliciter q̄ꝫ modo ſit ſpecioſior adeq̄bitur. quod teſtatur ſcriptura dicens. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoruꝫ Uelocitas tanta eoſdeꝫ comitabit̄

vt ipſis angelis dei eque ſimiles ſint: qui a celis ad terras ⁊
a terris in celum digito citius dilabun. huius quoqꝫ ve/
locitatis exemplū in radio ſolis ſolet intueri. q̇ ſtatim orto
iam ſole in plaga orientali ꝑtingit vltimū plage occidenta/
lis vt in h̄ ſpem habeamus non eſſe impoſſibile quod de no
ſtra dicimus velocitate futura cum in rebus animatis ſole
at eſſe maior velocitas q̄ꝫ in inaīatis a fortitudine ſeu viri
bus p̄ualebant quicunqꝫ ſcilicet meruerint ſupnis ciuibus
ſociari. intantum vt nullatenus illis obſiſtere q̇cunqꝫ vale/
at vel ſi mouendo vel euertendo voluerint q a ſuo ſtatu q̇/
modocunqꝫ diuertere non ilico cedat. nec in eo quod dici/
mus maiori conatu laborabunt q̄ꝫ nos modo in motu ocu/
loꝝ noſtroꝝ. ne queſo excedat anime quā adipiſcitur angelo
rum ſimilitudo quatenus ſi hoc cui his que dicturi ſumus
aliud exemplū nō occurrit ipſa occurrat atqꝫ in quibꝫ ange/
lis valere conſtiterit: etiam in nos valere probet et aſſerat:
Quicunqꝫ ergo fuerint angeloꝝ ſimilitudinem aſſecuti. eo/
rumqꝫ ſecuritatem et libertatem neceſſario aſſequantur. ita
qꝫ ſicut angelis nihil obſiſtit. nec aliq̇d eos impedire vel cō
ſtringere p̄t. quin ꝓ velle ſuo cūcta liberrime penetri ēt. ita nō
erit obſtaculū vnū quod nos retardet. nec clauſura que nos
detineat. nec elementū q̄d nos velle parū obſiſtat. De ſani/
tate quid melius poterit q̄ꝫ q preſtabūt. ſalus inq̄ꝫ iuſtorū a
dn̄o quibus aūt fuerit vera ſalus que ſubire poterit infirmi
tas. credere ⁊ incunctāter aſſerere licet ſanitatē vite future
ita ingenuā et incōmutabilē ac immobilē fore: vt ineffabili
quadā atqꝫ ſenſibili ſuauitatis dulcedīe totū hominē reple
at. et oīe quod alicuius viciſſitudinis mutabilitatis aut le
ſionis ſuſpitionē pretendere queat. ꝓcul arceat atqꝫ repellat
In illa futura vita ineſtimabilis quedā voluptas bonos in
ebriat et dulcedine ſui totos eos ineſtimabili exundātia ſa
tiabit qua totos oc'los aures nares os manus pedes gut/
tur cor iecur pulmo oſſa medulle extra etiā ip̄a et cuncta ſi/
gillatim ſingula queqꝫ membra eoꝝ in cōmuni tā eſtimabi
li et innumerabili dilectionis et dulcedinis ſenſu replebunt
vt vere totus homo torrēte voluptatis dei potetur ac vbēr

tate domus dei inebriēt. qui ergo bona hec fuerit adeptus
non intelligo ad quid ꝑ incōmodo ſui vlterius porrigatꝰ af/
fectus. Septimo aderunt eis quod cunctos appetere dici
mus diuturnitas vite. ſed iſta que ꝑhennitas dꝛ illis deerit
minime. Quia iuſti in eternū viuent. Sunt etiā alia quedaꝫ
his que digeſſimus adijciēda que nō minus amanꝰ. ſed ad
animā ſicut illa ad corpus referunꝰ que nihilominus in nu
mero ſeptenario cōſtituta nō modicū placent menti que ip/
ſorum ſapore fuerit imbuta. Sunt autē hec. amicicia: ſapi
entia. cōcordia. poteſtas honor. ſecuritas. et gaudium. Sa
pientia ergo tanta in futura vita bonis erit vt eoꝝ que ſcire
voluerint nihil ſit quod ignorēt. ſcient eñi cuncta que ſcien
da ſunt. ſcit eñi deus tam p̄terita q̄ꝫ futura tanq̄ꝫ preſen/
tia. Ibi a ſingulis oīes ab oibus ſinguli cognoſcūtur. nec
quenq̄ꝫ illorum latebit omnino qua patria qua gente q̄ ſtir/
pe quiuis editus fuerit. vel quid in vita fecerit. Amicicia tā
tum ſingulorum intima gratia ſingulos ſuo feruore imple/
bit. vt cuiuſqꝫ amor q̄ꝫtuſcūqꝫ ſufficiat cuiqꝫ. p̄ſertim cū om
nes ſint vnū corpus xp̄i. et xp̄us qui eſt pax ipſa ſit omniuꝫ
caput nec minori affectu compleanꝰ q̄ꝫ membra vnius cor/
poris ſibi inuicē copulanꝰ. amabis ergo oīes vt teipſum.
amaberis ab oibꝰ vt ipi a ſe putas amari habūdans eris in
dilectōe. quō hoc tibi fuit in poſſeſſione. attamē ipſe tranſi
et cōtemplari eum ꝑ que hec tibi oīa prouenire percipies
qꝛ pluſq̄ꝫ teipſum ineffabili quadā ſuauitate ipſum amabis
ſic itaqꝫ tanta erit cōcordia vt in nullo ſenties aliquē diſcre
pare ab eo quod te conſtiterit velle. corpus vnū erimus: ani
ma vna erimus. ſponſa chriſti erimus. quicunqꝫ erimus ibi
Non ergo maior diſcordia inter nos erit q̄ꝫ nunc inter vni
us corporis membra. Verum ſicut vides in motu oculorū
ꝙ illuc quo vnus vertitur mox alius ſequitur. ita quocun/
qꝫ velle tuum conuerteris. velle omnium ſine diſcrepatione
tibi ilico preſto habebis. quid dixi omniū ipa voluntas dei
nō deerit a tua diuerſa. ſed ſicut tu: quod ille. ita ille in cunc
tis quod tu. caput nāqꝫ quō a ſuo corꝑe diſcreparet. cuꝫ ita/
qꝫ deū et oēs voluntati tue cōcordes habueris ꝑfecto nil



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

voles quod non poſſis. omnipotēs ergo erit voluntati tue
qm̄ ipm̄ omnipotentē habebis in omnib⁹ concordantē vo/
luntati tue. itaqꝫ cum hec tibi tanta poteſtas affuerit honor
decens poteſtati minime deerit dum igit̄ poſſeſſione bono
rū (q̄ digeſſimus) felix fueris: nonne ſufficiens tibi videbe
ris maxime inquiēs. Itaqꝫ cum ipa vita ꝑpetuo duret in vi
ta illa. et hec om̄ia tibi habenti ſecuritas illa amplius nō ꝑ
pendi certa arriſerit. abſecro q̇s eſtimas tibi erit. Securus
ergo tantoꝝ bonoꝝ ꝑpetuo eris nec alicuius tibi aduerſarij
violentum in curſum timebis. poteſt nec ergo illius gaudij
modus a quocunqꝫ homine penetrari cum vltra mille milia
et decies milies centena milia innumerabiles ibi ſint. ⁊ om
nes eadē beatitudine ꝑfruantur nec vllus coꝝ ſit qui nō tm̄
de bonis alterius gaudet q̄ꝫ de ſuo. Preterea videntes ipm̄
deum quē ipſi ſupra ſe amabūt ipos amantē et intelligentē
mirabiliter pluſqꝫ ſemetipos illos amantē in gl'ia eius mira
et ineffabili exultatione exultabunt. cum iuſti ergo fuerint
tanta felicitati beati reſtat vt iniuſti per contrariū ſint ineſti
mabili quadā infelicitate miſeri: ſicut em̄ iuſtos miſericor/
dia pulchritudo. velocitas. fortitudo. libertas. ſanitas. vo/
luptas. alacres et iubilantes facit. ita et iniuſtos ineſtimabi
lis feditas. tarditas. imbecillitas. fremitus. languor atqꝫ do
lor mentis reddet eos eiulantes. Sane diuturnitatem vite
(quā iuſti ꝓ vouēdis bonis ſumopere cōplectent̄) iniuſti ꝓ
intermiabili pena torq̄bunt̄ qm̄ inerit illis qui ſummo odio
execrabunt̄. De ſapientia vero q̇d dicam. qꝛ ſicut iuſtis erit
in gaudiū et honorē. ita et iniuſti quicq̇d ſcient erit in mero/
rem et cōfuſionem. amicicia aūt qua inuicē pij ſummo iocū
ditate copulant̄. ſi qua in impijs erit in tormentis illis erit:
quo em̄ magis quiqꝫ amabunt eo magis in coꝝ pena dole/
bunt. diſcordiā habebunt cum omni creatura. et om̄is crea
tura diſcordabit cum illis. hinc ergo pro poteſtate bonoꝝ
tanta impotētia erit et eos ſequet̄ oīno nihil eorum que vo/
luerint poſſint. et quicq̇d habuerint nolint. Igit̄ pro hono/
re ſanctoꝝ obtinebunt ꝑhenne obprobrium. et hoc ſine f..e
claudet̄ vnde ſicut amici dei ſecuri erunt ſe nūqꝫ amiſſuros

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

bona ſua. ita et iſti inimici dei oīno deſpabunt ſe amplius
iā pdituros hec mala. p eterno ergo et ineffabili gaudio bo
noꝝ hereditabūt incogtaibilē triſticiā oēs q̇ p inplenitudīe
creati trāſituri ſunt in ſocietatē demonū. hec Anſel. In illa
ergo futura beatitudine (vt dt Auguſtinus) Deus oms̄ ſen
ſus beatoꝝ ſpirituali et ineffabili delectatōe reficiet. cū ipſe
omniū ſenſuum ſit obiectum futurū. erit nāqꝫ deus ſpeculū
viſui. citara auditui mel guſtui balſamū olfactui. flos tactui
qꝛ ppterea hō factus eſt vt totū hoīem in ſe beatificaret vt
ſenſus interioꝛ in contemplatione humanitatis et breuiter
ſm Augu. et Grego. tanta eſt ibi pulcritudo iuſticie. tāta io
cunditas lucis eterne: vt etiā ſi nō liceret in ea amplius viue
re ſeu manere q̄ntum vnius diei moꝛa eſt ppter hoc enume
rabiles huius vita dies pleni delicijs ⁊ circūfluentia tpaliū
bonoꝝ merito recteqꝫ cōtemnerent̄. nō em̄ falſo affectu dcm̄
eſt. qꝛ melioꝛ eſt dies vna in atrijs tuis ſup milia. Bernard:
Quis in hac vita pēſare pōt quāta ſit illa felicitas btōꝝ vi/
dere deū viuere cū deo. cum deo eſſe q̇ erit oīa in oībus ha/
bere deū q̇ eſt ſummū bonū: et vbi eſt ſummū bonū ibi eſt ſū
ma felicitas iocunditas vera libertas pfecta charitas. eter/
na ſocietas et ſecuritas eterna. Augu. O gaudiū ſup gau/
diū videre deū. q̇ fecit eū. q̇ ſaluauit eum. q̇ glificauit eū. vi
dere faciē dei ſui qđ eſt ſummū bonū. gaudiū angeloꝝ atqꝫ
oīm ſanctoꝝ. Nunq̇d deus ſm Grego. tam ineſtimabil pul
chritudinis eſt vt angeli q̇ ſolē ſeptemplr ſua vincūt pulchri
tudine. iugiter in eū ſatiabiliter deſiderāt pſpicere. Itē Au/
guſtinus. Nulla inſurget malicia. nulla carnis miſeria. nul
la iam peccādi voluntas nec delinquēdi poteſtas. ſed totū
exultatio totum leticia. hec poſſidebūt homines angelis ſo
ciati. O anima mea iam audiſti quāta ſint iuſtoꝝ gaudia q̄ꝫ
grandis leticia. quāta ſerenitas. quāta iocunditas ſupne ci
uitatis. O felix iocūditas. O iocunda felicitas ſcōs videre
deū habere in eternū. Sic nos q̄tidie toꝛmēta pferre. ſic ip/
ſam gehennam longo tempoꝛe tolerare. vt xpum in ſua glo/
ria videre poſſemus. et ſanctis eius ſociari. nonne dignum
eſſet pati omme quod triſte eſt. vt tante glie tantiqꝫ boni par

ticipes haberemur. Quarpropter anima nr̄a a turba terre/
norum deſiderioꝝ ſeceſſum mētis petamus. ⁊ inde a ſecre/
to cordis illicitarum cogitationū tumultus expellentes ſu
perne patrie in amorem intime quietis anhelantes. reuerta
mur ad ciuitatem celeſtem. in qua ſcripti ſumus. et ciues de
creti ſumus ergo ciues ſanctoꝝ et domeſtici dei: ⁊ ſic here/
des dei. coheredes autem xp̄i. vt ad eum cito ꝑuenire valea
mus. Si queramus quomō hoc fieri poteſt vel quibus me
dijs vel auxilijs audi res iſta poſita eſt in voluntate faciētis
quoniā regnum celoꝝ vim patiatur ⁊ violenti rapiunt illud
non em̄ querit aliud p̄cium q̄ȝ teipſum. illi ergo q̄ȝtum es te
da et habebis illud. Quid de turbaꝝ precio xp̄us ſeip̄m tra
didit vt acquireret regnū deo patri. date illi vt regnuȝ eius
ſit in te ac non regnat peccatum in tuo mortali corpore. ſed
ſpiritus in acquiſitione vite. O anima peccatrix et miſera ſi
hec (que iaȝ dixi de gaudijs et excellentijs q̇bus ſancti ⁊ ele
cti dei ineternuȝ gaudebunt in regno celoꝝ) non te moueāt
ad promerendū per penitentiā et per opera virtuoſa cū gra/
tia dei regnum. celeſte timeas et paucas atq̄ȝ timendo con/
ſidera miſerabiles conditiones et penalitates inferni ciuita
tis dyaboli. vt timore et pauore reſurgas et conuertaris ad
dn̄m deum tuum toto corde. De q̇bus ſciendum ꝙ ſicͨ dā
natis ſit diuerſitas peccatoꝝ. ita erit diuerſitas penaruȝ. vn̄
Gregorius Unus quidē ignis gehenne eſt credendus. ſed
non vno mō exurit om̄es peccatores. vnuſquiſq̄ȝ em̄ q̄ntuȝ
exigit culpa tm̄ ſentiet de pena. ſicut ab eodē igne aliter vrit
palea aliter lignū et aliter ferrum. Iſte ignis taliter inflam/
matus eſt et ab ira iudicis ſuccenſus ꝙ nouo incendio non
indigebit vſq̄ȝ ad ſempiternū. Job: xxi. Deuorabit eos ig/
nis qui nō ſuccendet. De acerbitate huius ignis dicit bea/
tus Sebaſtianus cui angelus ad aureȝ ſtabat ꝙ iſte ignis
ſenſibilis ita ſe habet ad gehennalē ignem. ſicut ignis in pa
riete depictus ad iſtum ſenſibilē. Et Iſido. ait. In inferno
erit aliquid obſcuri luminis quo damnati videri poſſint vt
doleāt non vn̄ letent. eos (quos reprobi nūc inordinate di
ligunt) ſecuȝ tunc in tormētis videbunt. vt penam ꝓprie cō
ditionis exageret carnalis cognatio autori ꝓpoſita pari an̄

oculos vltione damnata. Hinc ſolet queri an damnati vi/
deant gl'iam ſanctoꝝ. Ad quod rn̄det Gregorius in omel:
dicēs. Credendū eſt ꝙ ante retributionē extremi iudicij in
iuſti quoſdem iuſtos in requie reſpiciunt et eos videntes in
gaudio non ſolū de ſupplicio. ſed etiam de alioꝝ bono cru/
ciantur: iuſti autē ſemꝑ vident iniuſtos in tormētis vt hinc
eorum gaudiū creſcat. quia malū conſpiciunt quod miſeri/
corditer euaſerunt. tantoqꝫ maiores creatori ſuo grās refe/
runt. q̄nto vident in alijs qd ipſi perpeti (ſi eſſent relicti) po
tuiſſent. et vt idem alibi ait. Non fruſtabit beatitudinem iu
ſtorum aperta pena reproboꝝ. qm̄ ibi iam compaſſio miſe/
rie non erit beatoꝝ et eorum minima leticia non valebit. ⁊ ſi
cū in natura ſue bonitatis miſericordiā habent. iā tunc au
toris ſui iuſticie cōiuncti tanta rectitudine coniungentur vt
nulla ad reprobos compaſſione moueātur. Et addit proſꝑ
ꝙ tunc filiorum parentum ⁊ coniugū miſeria beatos con/
triſtari videri nō poterit. videbunt autem damnati ante iu
dicij diez beatos. non hoc modo ꝙ gloriam eorum (qualis
ſit) agnoſcant. ſed ſolummodo cognoſcunt eos eſſe in qua
dam ineſtimabili gloria. ex hoc tamen cruciabuntur prop/
ter inuidiam dolentes de felicitate beatorum qua viſione ꝓ
uabuntur Nec tamen ex hoc eorum pena minuetur. ſed au
gebitur. quia in memoria habebunt gloriaꝫ beatorū quam
in iudicio vel ante iudicium viderunt. et hoc erit eis in tor/
mentum. ſed vlterius affligentur in hoc ꝙ videbunt ſe indi
gnos reputari etiam videre gloriam ſuam quam ſancti vi/
dent. Item ſolet queri an damnati videant ea que in hoc
mundo aguntur. Ad hoc reſpondet beatus Gregorius in
ſecundo li. moraliuꝫ pertractans illud Job nono. Si ne no
biles fuerint filij eius ſiue ignobiles non intelligūt ſi hi (q̄
adhuc viuentes ſunt mortuorū anime quo loco habeantur
ignorant. ita in ea cui vita in carne viuentium poſt eos qua
liter diſponuntur neſciunt: quia vita ſpiritus longe eſt a vi
ta carnis. quod de aīabus ſanctis ſciendū eſt. qꝛ que intus
omīpotentis claritatem vident. nullo modo credendum eſt
ꝙ ſint foris aliqua que ignorent. boni ergo vidēt que fiunt

circa eos. mali autem non: Et ſi dicas magis diſtat a dam
natis gloria iuſtoꝝ q̄ꝫ ea que in mundo aguntur. ſed ipſi nō
vident ea que circa nos agunt̄. ergo multo minus poſſunt
videre gl'iam beatoꝝ. Dico ꝙ ea (q̄ hic agunt̄) nō ita afflige
rent damnatos in inferno ſi viderentur ſicut ſanctorū glo/
ria inſpecta. vnde non ita oſtendūtur damnatis ea que hic
aguntur. oſtenduntur autē eis ea que in eis triſticiā augere
poſſunt. licet ꝑ ſe nō videant. Itē querit̄ an damnati vellēt
in inferno omnes alios eſſe dānatos. Ad hoc dico ꝙ ſicut
ſanctis in patria erit ꝑfectiſſima charitas. ita in dānatis erit
ꝑfectiſſimū odium: Unde ſicut ſancti gaudebūt de omnibꝰ
bonis. ita mali de omnibꝰ malis dolebunt. Unde felicitas
ſanctoꝝ ab illis cōſiderata eos maxime affligit. ideo vellēt
omnes beatos eſſe dānatos. tanta em̄ eorum erit inuidia ꝙ
etiā propinquoꝝ ſuorū glorie inuidebūt cum ipi in miſeria
ſumma ſint Et in hac vita hoc accidat creſcēte inuidia. ſꝫ ta
men minus inuidēt propinq̄s q̄ꝫ alijs. et maior eſt eorum pe
na ſi om̄es propinq̄ damnarent̄ et alij ſaluarent̄ q̄ꝫ ꝙ aliq̄s
de ſuis propinq̄s ſaluaretur. Exemplū eſt ꝙ diues petit fra
tres ſuos a dānatione eripi. ſciebat em̄ ꝙ aliq̄ eriperent̄ ma
luiſſet tn̄ fratres ſuos non cum alijs dānari. Et ſcias ꝙ q̄ꝫ/
uis ex dānatoꝝ multitudine pena ſingulorū augeatur tantū
tn̄ ſuꝑcreſcit odium et inuidia eorū ꝙ magis volunt torque
ri cum multis q̄ꝫ cum vno ſolo. Queri etiaꝫ ſolet an mortui
maxime damnati ſciant vel recordentur eoruꝫ que ſciuerūt.
Ad hoc dico ꝙ in damnatis erit conſideratio eoruꝫ que pri
us ſciuerunt vt cauſa materialis triſticie. non autem vt de/
lectationis cauſa. damnati conſiderabunt etiam mala que
geſſerunt. ex quibus damnati ſunt. et bona que amiſerunt.
et ex vtroqꝫ torquebuntur. Preterea em̄ ſcias ꝙ duplex pe/
na in inferno erit. ſcilicet pena damni. et pena ſenſus quas
tangit chriſtus Matthi ſeptimo capl'o vbi dicit. Om̄is ar
bor (que nō facit fructuꝫ) excidet̄ et in ignē mittet̄. De pena
ſenſus que multiplex eſt dt̄ Grego: ſuꝑ illud Mat. viij. Eij
cietur in tenebras exteriores. In inferno erit frigus inſuꝑa
bile. ignis inextinguibil'. ꝟmis immortal'. fetor intolerabil'.

tenebre palpabiles flagella cedentiū horrida viſio demonū
cōfuſio peccatoꝝ et deſperatio oīm bonoꝝ. Itaqꝫ damnati
pleni erunt oēs triſticia et dolore Habebunt eñ fletū in ocu
lis. ſtridorē in dentibꝰ. fetorē in naribꝰ. gemitū in vocibꝰ. ter
rorem in auribꝰ. vincula in manibꝰ et pedibus. ignē et ardo
rem in mēbris ſuis oībus. Vñ quidam ait. Infernus eſt fo
uea mortifera penis omnibꝰ et miſerijs referta. ibi vt ſcribit
Iſa. xiij. Vnuſquiſqꝫ ad proximū ſuum ſtupebit facies com/
buſte vultus coꝝ. Et Baruch. ij. Nigre facies coꝝ a fumo.
nam oēs vultus pctōꝝ redigent in ollā. et hī Iohel. ij. Itē
acerbitas penaꝝ infernaliū poteſt conſiderari ex fletu et ſtri
dore dentiū. et deſiderio mortis ex mādicatione linguarū
et blaſphemia creatoris et ex alijs hīs ſimilibus que omnia
ſunt ventura ibidē. vt patet ex varijs locis ſcripturarū. Vñ
Apocal. xix. Comederūt linguas ſuas pre nimio dolore ⁊
blaſphemerūt deum celi p̄ doloribꝰ et vulneribus ſuis. tan
ta erit acerbitas penarū ꝙ pctōres vita (quā oīs appetūt)
ſpreta et cōtempta mortē (quā oēs fugiunt) ardenti deſide
rio affectabunt. Apocal. ix. In diebus illis querēt hoīes
mortē et non inuenient eā. deſiderabūt mori et mors fugiet
ab eis. Criſoſt. Ibi quid agemus q̇d rñdebimus. nihil erit
ibi niſi ſtridor dentiū. niſi vlulatus et fletus et ſera penitētia
ceſſantibꝰ vndiqꝫ auxilijs. et inualeſcentibus vndiqꝫ penis.
ſed nec ſolaciū quidē vſqꝫquaqꝫ: Ibi eñ nulli occurrēt ocu
lis noſtris niſi ſolum penaꝝ miniſtri et facies vndiqꝫ tortoꝝ
et quod eſt deterius oīm nec aeris ipſius vllum erit ſolaciū
aut lucis. In his aūt poſitis q̇s tremor. immo que reuolu/
tio viſcerū eſt diuulſioqꝫ membroꝝ que quales aut quante
omnibꝰ ſenſibus cruces. nullus poterit hunc ſermonē expli
care De pena damni ſic dt Criſoſto. Nōnulli imperitorum
putabūt ſcꝫ ſatis et optabile videri ſi gehēna tm̄modo care
ant. ego aūt multomagis grauiores ꝙꝫ gehennā dico eē cru
ciatus et remoueri et abijci. et ab illa gratia excludi. et ab il/
lis bonis que p̄parata ſunt ſanctis. intolerabiliuſqꝫ et gra/
uius eſt ſupplicium illud horribile. tamē ſi mille aliquis po
nat gehennas. nihil tale dicturus eſt quale eſt ab illis glorie

iocunditate propelli. odio christi haberi et ab illo audire nō
noui vos: etenim decem milia melius eſt ſuſtinere fulmina
q̄ȝ illum manſuetudinis pietatiſqȝ plenū nobis aduerſantē
videre. et illos totius tranquillitatis oculos in quenq̄ȝ nos
aſpicere ſuſtinere. ſi nequaq̄ȝ iſtud patimur. O benigne fili
dei neqȝ experiamur intolerabile illud horrendū ſupplicium
Hec Criſoſtomus. Ve nobis qui de his malis non cogi/
tamus. ſed quaſi ſecuri torpētes et anime curā negligentes
ad hec ſine ceſſatione ꝓperamus. Sed dicet forte aliquis.
videtur ꝙ iniuſtus eſt deus. qꝛ homo pro mortali peccato
vna hora perpetrato eternaliter punit̄. hanc queſtionē mo/
uet Gregorius. et ſoluit ſic. Scire inquit vellem quō iuſtū
ſit. vt culpa (que cū fine perpetrata eſt.) ſine fine puniat̄ Et
reſpondit Gregorius Hoc recte diceret̄ ſi deſtructus iudex
non corda hominū ſed verba penſaret: iniqui enim ſine fine
delinquerēt ſi ſine fine viuerent: naȝ voluiſſent ſi potuiſſent
ſine fine peccaret. oſtendunt em̄ in peccato ꝙ ſꝑ viuere cupi
unt qui nunq̄ȝ deſinunt peccare. ad magnam ergo iuſticiaȝ
iudicantis ꝑtinet vt nunq̄ȝ careant ſupplicio. qui in hac vi/
ta nunq̄ȝ voluerunt carere peccato. et nullus detur iniquo
terminus vltionis. qui q̄ȝ diu vixit nulluȝ voluit habere ter
minū criminis. Alia ratio quare peccatum mortale obligat
ad eternā penam. poteſt ſumi ex parte eius in quē peccatur.
(qui eſt infinite bonitatis et potentie) ſcilicȝ deus. vnde ⁊ of
fenſa ipſius infinita pena digna eſt. quia quāta eſt maior in
quem peccat̄. tanto magis peccatū punitur. ſm̄ Ariſto vij.
Ethicoꝝ. Et Criſoſtomus dicit. Omnis iniuria talis eſt
qualis fuerit perſona cui fit iniuria in magna tamen perſo/
na ⁊ ſi modica fuerit iniuria ipa eſt magna. in modica tamē
ꝑſona et ſi magna iniuria fuerit modica eſſe videt̄. Hec om
nia dilectiſſime vide conoſcens: ⁊ corde iugit̄ recolens. eſto
ſollicitus de ſalute tua et in eternum iſtud crudele infernale
ſupplicium reſpice. Conſidera in temeipſo que ſunt vtilia ⁊
ſalubria anime tue. Quid eſt melius in preſenti ſeculo ꝓ pec
catis plangere: et penitus crebrius obſecrare. q̄ȝ in ignem
eternum ſine aliqua vtilitate deflere. In hoc em̄ breui tem

pore per penitentiā et lachrimas indulgentiam et conſolati
onem mereberis. plange ergo hic modicum ne plangas ibi
in ſecula ſeculoꝝ. humiliare hic ne ibi humilieris in exterio
ribus tenebris et mittaris in ignem extinguibilē. Beatus il
le qui hic poſitus feſtinat in die iudicij dignus inueniri. mi
ſerabilis vero qui peccando ſe indignū gloria domini ꝯſti
tuerit in illa hora. nubes recipiens omēs ſanctos ſurſuz in
celum impios autem dyaboli rapient mittentes in caminū
ignis ardentis. Quis dabit capiti meo immenſam aquā et
oculis meis fontem lachrymarum iugiter emanantē vt plo
rem meipm̄ die ac nocte obſecrans dn̄m ne indignus inue
niar in illa hora aduentus eius. ⁊ vt ne audiam illam ſentē-
tiā formidandaz. Diſcedite a me operarij iniquitatis neſcio
qui ſitis. Quod a nobis auertat Jheſus xp̄us dn̄s noſter. ꝙ
viuit et regnat ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen

Speculum aureū anime peccatricis a quodam cartuſiē
ſe editum finit feliciter

mulier

Johannis xvi

Item Mulier cum parit tristiciam habet
Et sicut dum parit dolet amarissime
Sed cum peperit gaudet et se sentit alleviatam

B. V. 7

Quid enim est corpus nostrum nisi quasi de terra factum /
Et cito / in terram pulverem quasi redigendum /

Dicit beatus Augustinus / Equalis dei pietas qua nulla potest / superare iniquitas / vel impietas

Nolite iudicare et non iudicabimini /

Nolite condempnare et non condempnabimini . quia si ex humana fragilitate contingat forte vos quemque suspiciose iudicare / nolite tamen condempnare i. dignum aliquem dampnatione deferre. Nam qui hodie est peccator cras erit confessor . seu quia facile est in oculis domini subito honestare pauperem Eccli xi . Sed tamen multi ad adventum sed faciliter unum illorum . alius alium condempnat ::

Dicit dominus ihesus Jeremie . viii /
~~[illegible]~~ Nullus est qui agat penitentiam super peccato suo dicens
Mathaeus . xxvi /

Mulier autem parit tristiciam habet quia sicut mulier dum parit dolet amarissime sed cum peperit gaudet et se sentit alleviatam
Ita persona gravida peccato ante confessionem et tempore confessionis tristis est et amara sed confessione finita videt quasi levificata liberatam . Verum animus homo post confessionem sentit se alleviatum a pondere peccati precedente . Et ideo dicit Judith . viii . Quia patiens est dominus . penitentiam et eius indulgentiam fusis lacrimis postulemus

Homo est sicut vadens . s. in mortem
et non rediens de ipse apud

De talibus dicit Vincencius seorsum ipse [illegible]

Quicquid agis prudenter agas
Et respice finem



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Quid ... est corpus

Et cito / in terra

Dicit beatus Augustinus

Nolite condemnare

humana frag

iudicare

dampnatus de

erit confessor

honestate pau

sed facilibus

mulie

operit

confess

videt

homo

peccati

Rursus

in dulg

Ecclesiasticus dicit Vincen

B. V 7

nulla potest

impietas

dicabimini

mi . q . ed . si ego

quemque suffocasse

quid aliquem

est peccator erat

mili subito

multi ad adiuvand

damnat

sirach . viij

et penitentiam super

suo dicens

valet . Sicut

carissime Beda

peccatum

confessionem et tempore

sed confessione finita

Vide autem

alterutrum operdere

dicitur Judith . viij

mitkaing et eius

posterum

Deus . Si ungitur

se apud

interd grad